

- Concilij Lateranensis sub Leone X. quæ habetur *sess. 11. in fin.* Hoc autem voto Mulierum alia duo, scilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi: Quinimo hujusmodi mulieres, si vitam virginalem aut cælibem simpliciter, expressèque voverint, etiam in consanguineorum & affinium suorum, aut proprijs domibus, vel foris habitantes supradictis privilegijs Ordinibus, cujus regulæ habitum deserunt; exemptionque ab Ordinarij jurisdictione frui debere, quemadmodum idem Leo postea declaravit *die primæ Martij 1518.* Constitutionem autem san. mem. Pij V. qua Sorores Tertij Ordinis ad perpetuam clausuram obstringuntur, utpote loquentem de his, quæ in communi, & in Congregatione vivunt, ad supradictas Sorores in consanguineorum, vel proprijs domibus habitantes, votumque unicum expressum virginialis, aut cælibis, vel castæ vidualis vitæ emittentes, de quibus cavetur in dicto Concilio Lateranensi, nihil pertinere; & propterea quoad illas dictam Constitutionem, nec Concilium Lateranense correxille, aut immutasse, nec quicquam novi juris induxisse, Et alias censuit Tertiarias domi suæ, vel in eorum consanguineorum habitantes, & habitum Religionis gèstantes nullâ exemptione potiri, nisi e miserint expressum votum castitatis, vel cælibitatis juxta Decretum Concilij Lateranensis sub Leone X. *sess. 11.* Ceterum etiam si id votum emiserint, si tamen Ordinarij, vel Parochi illi ad administrandâ Sacramenta etiam te nupore Paschatis, vel alias in eis jurisdictionem acquisierint; non posse ipsas de extero adversus Ordinarios, vel Parochos exemptione uti, sed observandam esse consuetudinem. Circa hoc vidè quod scripsi in cap. *Omnia utriusque*, num. 54. *infra de poenit. & remiss.*
- Amplius cum nobilitas fuisset S. Congregationis supplex libellus sequentis tenoris, videlicet (Baro Ferræ Apocinæ Lecorinæ Diocesis habet nonnullos vasallos Tertiarios nuncupatos Religionis Sancti Francisci: uxoratos tamen, & extra claustra utriusque seculares in proprijs ædibus, & de suis artificijs viventes, qui à jurisdictione Oratoris se fore exemptos, nec ad servitiâ Baronaliâ, & ad onera universitatis sustinenda compelli posse prætendant; supplicat igitur Baro præfatus S. Congregationi, ut digne de declarare & rescribere loci Ordinario prædictas Tertiarios laicos taliter viventes non debere gaudere privilegio fori ecclesiastici, sed illos posse peti Oratorem, ejusque Officialis ad servitiâ prædictâ, & universitatis onera sustinenda compelli, S. Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum respondit, hujusmodi viros Tertiarios in Congregatione non viventes privilegijs Ordinibus, cujus habitum gèstant, non potiri, quemadmodum diserte cavetur decreto Generalis Concilij Lateranensis. Sed si ex consuetudine aliquid juris in hoc acquisierint, consuetudinem esse servandam.
- 71 Duodecimo, gaudet privilegio fori ecclesiastici servientes, seu quocunque alio titulo addidit Militijs, seu Monasterijs, Hospitalibus, vel Collegijs ecclesiasticis, dummodo tamen tria copulative concurrant. Primum est, ut supradictis locis, aut militijs actu serviant. Secundum, ut intra eorum septa, ac domos resideant: Ter-

tium ut sub eorum obedientia vivant, ut expressè statuitur Decreto Concilij Tridentini, *cap. 11. vers. Exceptis, sess. 24.* & in specie de servientibus Militiæ S. Joann. Hierosolymitani cautum est Constitutione Gregorij XII. quæ incipit *Circumspella*, in Bullar. tom. 2. pag. 448. Facit *cap. 11. sess. 25. de regular. ibi*, præter eas, quæ sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personarum.

- 72 Decimotertio, olim controvebatur an essent de foro Ecclesiæ Rectores piorum locorum, videlicet Hospitalarij, Leprosarij, & hujusmodi. Et quidem de Templarijs nullum dubium, quia profitebantur regulam S. Augustini, ut notat Petr. de Anchar. in Clem. *Cum ex eo, num. 6. vers. Non obstat, de sent. excomm.* Sed hic Ordo fuit extinctus à Clemente V. in Concilio Viennensi, ut patet *to. 3. Conclior. par. 2. pag. 776.* & idem dicendum de Hospitalarijs S. Joann. Hierosolymitani, ut notat *glos. in cap. Miter, 25. dist. & Felin. hic nu. 8.* De Hospitalarijs S. Spiritus in Saxia, B. Joannis de Deo. & consimilibus tria vota substantialia emittentibus. Sed de alijs Hospitalarijs, qui utuntur conjugio, nec renunciant proprio, & aliquid signum deferunt in veste, puta Crucem, vel quid simile, olim non levis erat controversia: nam Joan. de Lignano. & Guiliel. de Monte Laud. in Clem. *Per litteras, de præbendis*, tenuerunt tales non gaudere privilegio fori ecclesiastici, neque in persona, neque in bonis, nisi pro bonis, quæ Hospitali obtulissent, quia tales non sunt Clerici, nec Conversi alicujus approbatæ Religionis, de quibus in cap. *Duo sunt genera, 12. quest. 1.* sequitur simpliciter Petr. de Anchar. in *repet. cap. Ea qua, 14. quest. de reg. jur. lib. 6.* & in d. Clem. *Cum ex eo, num. 6.* & ita observari de consuetudine restatur Stephan. Auf. in *tractat. de potest. secular. super person. Eccles. in 2. reg. nu. 38.* Verum Hostiens. in *summa de regul. 5. 1. vers. Quid de rubric. videtur distinguere, an ædificaverint Hospitali propria auctoritate, & non gaudeant aliquo privilegio; an verò auctoritate Episcopi, & tunc gaudeant, quia videntur Religiose personæ. Similem distinctionem facit Cardinalis in d. Clem. *Per litteras, in 12. quest. nu. 9. de præben. videlicet, aut Hospitalarij sunt perpetuò deputati ad aliquem Ecclesiasticum, vel pium usum auctoritate Episcopi; & tunc gaudeant fori privilegio; alius fecus: Hostiens. tamen videtur postea limitare, & restringere suam conclusionem; dummodo in manibus Episcopi promiserint castè vivere, & uxore mortuâ aliam non ducere: & hæc opinio placet Abbati *hic nu. 11.* & Marian. Socin. in *cap. prox. nu. 19. supra eod. quali* tunc videantur Conversi; sed ista non concurrentibus sequuntur primam opinionem Joann. de Lignano, & Laudini. Hoc e. si Rectores Hospitalium resideant intra illorum domos, hæc qualitas parum videtur habere difficultatis propter Decretum Concilij Tridentini *6. 11. sess. 24.* nam si actu intervenies Hospitalibus, qui intra illorum septa, & sub eorum obedientia vivunt, privilegio exemptionis potiuntur, ut ibi cavetur, & fuit dictum est *suprà nu. 72.* Fortius potiri debent eorumdem Hospitalium Rectores. Si vero degant extra septa, tunc teneri potest distinctio Cardinalis, nisi Consuetudo sit in contrarium.**

Pra-

- 47 Præter supra scriptos sunt alij, de quibus controversatur, an aut de foro Ecclesiæ, & exempti à jurisdictione Judicis secularis, & in specie ambigunt de Penitentibus, qui scilicet ob aliquod crimen à judice Ecclesiastico damnati sunt ad agendam solemnem, vel publicam penitentiam, per text. in cap. *Aliud, 11. quest. 1.* qui duplicatur in cap. *Aliud de poenitent. dist. 1.* & de his consule Marian. Socin. in *cap. proximo supra eodem in 10. declaratione, num. 13.* & Covarr. latè de hoc articulo differenter *Pract. quasi cap. 34. à num. 3.* Communis opinio videtur esse, ut tales sint sub protectione Ecclesiæ tanquam miserabiles personæ, sed non sint exempti à seculari potestate. Similiter dubitari solet de Dilciplinatis, seu societatis disciplinatorum. Et de his vide eundem Marianum Socin. *loc. cit. in 12. declaratione, num. 15.* & Alex. de Nævo *hic nu. 36. post Bart. in l. Sub prætextu, C. de Sacrosanct. Eccles.*
- 48 An nonnullis personis controversatur de Jesuitis, an scilicet sint fori Ecclesiastici, & de foro Ecclesiæ, ut per Abbat. *num. 11. vers. Et ex his concludo.* Alex. de Nævo, *num. 33.* & alios hic, & Marian. Socin. *ubi supra in 11. declaratione, num. 14.* Sed malè, quia illorum status fuit approbatus à Martino V. & tunc conveniri non poterant nisi coram Papa, vel ejus Delegatis, aut Ordinarijs locorum, ut in ejus Constitutione, quæ incipit, *Pia postulatio voluntatis*, in Bullar. *to. 1. pag. 262.* Sed postea obtinuerunt à Julio II. facultatem emittendi tria vota substantialia, & solemniter profecti regulam S. Augustini. Unde hodie sunt verè & propriè Religiosi, & gaudent privilegijs Ordinibus Mendicantium, ut patet in Bulla Clementis VII. incipien. *Sacra, eod. tom. 1. pag. 604.* & in alia Pij V. *Romanus Confess.* *tom. 2. pag. 245.*

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Si Clericus.

S V M M A R I V M.

- 1 L aicus an & quando pro rebus Ecclesiæ, vel Clerici conveniri possit coram Iudice Ecclesiastico.
- 2 Litu contestatio an, & quando inducatur per negationem rei conventi.
- 3 Negatio facit rem dubiam.
- 4 Si sit verisimilis, alius fecus.
- 5 Notorium non inficitur ex sola negatione, & nu. seq.
- 6 Clericus pro possessione Præbende potest Laicum convenire coram Iudice Ecclesiastico.
- 7 Qualitatem non sufficit in libello allegare ad fundandam Iudicij jurisdictionem, si probabiliter negetur, & num. seq.
- 8 Declaratur, num. 10. & 15.
- 9 Iudex, ubi negatur qualitas jurisdictionem tribuens, potest de qualitate illa Summarie cognoscere, ut videtur an sua sit jurisdictione, & nu. 10. Declaratur, num. 15.
- 10 Opinio Bartoli, & Jacobi de Arena, quod sufficiat Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.
- sola allegatio qualitatis tribuentis jurisdictionem etiam si negetur ab adversario, sufficit.
- 10 Negatio qualitatis, in qua jurisdictione fundatur, non excludit fundatum jurisdictionem, sed tamen impedit processum super principali, donec Iudex de qualitate illa Summarie cognoverit. Declaratur, num. 15.
- 11 Iudex, cujus jurisdictione negatur, cognoscere potest an sua sit jurisdictione.
- 12 Res si negetur feudalis, de hoc ante omnia cognosci debet.
- 13 Iudex debet prius cognoscere, an quis contraxerit, vel deliquerit in suo territorio, si hoc negetur ad ejus jurisdictionem declinandam.
- 14 Conservator, si essentia negetur notoria, debet super hoc prius probationes recipere ad suam jurisdictionem fundandam.
- 15 Negatio qualitatis jurisdictionem tribuentis quid operetur.
- 16 Jurisdictio si fundatur super sola dubitate qualitatis jurisdictionem tribuentis, negatio qualitatis nihil operatur, sed facta est illa in libello allegare.
- 17 Ut si negetur Clericus, vel contractus usurarius, aut matrimonialis.
- 18 Iudex Ecclesiasticus cognoscit, si Laicus neget ratum, vel invasum in bonis Ecclesiæ.
- 19 Clericus si alleget oppressionem, vel fraudem, aut contractum minus legitimum, vel positum, & Laicus neget, procedit Iudex Ecclesiasticus.
- 20 Actor sequitur forum rei.
- 21 Clericus agens contra Laicum potest, & debet litigare coram Iudice seculari, & potest ab eo condemnari in expensis.
- 22 Regulares conveniri debent Laicum coram Iudice seculari, non autem coram suis Conservatoribus, nisi hoc habeant ex indulto Sedis Apostolicæ.
- 23 Accusator in criminalibus forum Rei sequi debet.
- 24 Rem, si vigore sua exceptionis agat præveniendæ actorem, vel imploret officium Iudicis, sequi debet forum actoris.
- 25 Laicus pro rebus Clerici, vel Ecclesiæ, si id non neget, conveniri potest coram Iudice Ecclesiastico.
- 26 Laici derimentes res Ecclesiæ, vel Clerici, dicuntur quasi sacrilegi, & malefactores Ecclesiarum.
- 27 Clericus agens rei vendicatione pro rebus suis, vel Ecclesiæ, potest convenire laicum in foro Ecclesiastico, etiam cessante allegatione sacrilegij.
- 28 Et quid si agatur actione personalis, ut ex legato, vel locato.
- 29 Actio ex locato, quamvis non sit in rem scripta, tamen propter concursum reals trahitur ad ejus naturam.
- 30 Clericus in causa mere civili potest convenire laicum coram Iudice Ecclesiastico, si tamen se habeat consuetudo.
- 31 Consuetudo in ordine iudiciorum potest disponere contra ius commune.
- 32 Consuetudo trahit Laicos ad forum Eccl. si ostendat ex qua causa fuerit introducenda.
- 33 Clericus ex stylo Curie indistinctè dantur litteræ contra laicum super quacunque questione, sive Iudices seculares sint negligentes, sive non.
- 34 Et Laico opponenti declinatoriam fori, & appellanti non dantur litteræ in causa appellationis.
- 35 Nec Iudex secularis potest inhibere laico, ne respondeat coram Ecclesiastico.
- 36 Religiosi Societatis lesæ, & eorum familiares Clerici obtinentur litteræ Conservatoribus in omnibus

F 2

nibu

- 37 *Laico contra Laicum Papa non concedit litteras, nisi in certis casibus.*
- 38 *Regularibus an liceat in eorum causis civilibus petere iudices, vel Conservatores à Magistratu seculari.*
- 39 *Constitutio Clementis VIII. de Conservatoribus an sit innovanda, & cum quibus additionibus, & clausulis.*
- 40 *Iudices in causis civilibus, ut deputari possint Regularibus à Magistratu seculari, qua debeant concurrere. & num. 45.*
- 41 *Regularium obiecta ad Constitutionem Clementis VIII. de Conservatoribus.*
- 42 *Conservatores an possint vices suas alteri committere.*
- 43 *Constitutio de Conservatoribus compilata in sacra Congregatione Concilii.*
- 44 *Regulares agentes contra Laicum, an, & quando teneantur sequi forum iudicis laici.*
- 45 *Regulares quibus concurrerentibus possint petere iudices in suis causis civilibus à Magistratu seculari.*
- 46 *Universitates generales an sint comprehendenda in Bulla de Conservatoribus.*
- 47 *Conservatores Regularium an possint procedere per censuras contra Ordinarium.*
- 48 *Et an possint exercere jurisdictionem extra locum in quo sunt deputati.*
- 49 *Post Bullam de Conservatoribus an sint iterum eligendi.*
- 50 *Et eorum mutatio qualiter sit permittenda.*
- 51 *Regulares, Conservatores ab officio suspensis, eorum quo conveniri debeant.*
- 52 *Episcopi, & eorum Vicarij an possint eligi in Conservatores Regularium.*
- 53 *Constitutio Clementis VIII. de Conservatoribus an sit contra Concilium Tridentinum.*
- 54 *Regularia loca in quibus censentur excepta à Concilio Trident. in materia Conservatorum.*
- 55 *Conservatores Regularium an debeant esse iudices Synodales.*
- 56 *Canonici Cathedralium de iure communi non possunt eligi Conservatores, secus post Constitutionem de Conservatoribus.*
- 57 *Conservatores, ubi non extant iudices Synodales, quomodo eligendi. & num. 59.*
- 58 *Matrimonia ubi non extant Parochi, qualiter sint contrahenda.*

SI CLERICUS. Laicus, à quo Clericus, vel Ecclesia rem vendicat, debet coram suo iudice laico conveniri. Sic summar secundum Joann. Andr. & DD. communiter, sed secundum Abbat. cui subscribunt Alexand. de Navo, & Felin. hoc intendit. Super re Ecclesie, vel Clerici potest Laicus coram Ecclesiastico iudice conveniri; sed si probabiliter rem neget esse Clerici, vel Ecclesie, ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam convenitur coram suo iudice. Ponit dictum, rationem dicti, & contrariam localem consuetudinem, & partes patet.

Nota primò, Laicum conveniri posse coram iudice ecclesiastico, ubi agitur de rebus ecclesie, vel Clerici, & pondera quatuor casus, quos in hoc decidit hæc Decretalis secundum Anto-

nium de Butr. num. 1. Imol. num. 2. & Alexand. de Navo. num. 1.

Primus est, quando Clericus agit super re propria, vel ecclesiastica, & constat rem esse ecclesie, vel propriam ipsius Clerici, & cognoscit iudex ecclesiasticus. Et colligitur hic primus casus ex hac Decretali, quia si iudex ecclesiasticus cognoscit, quando laicus non negat rem esse Clerici, vel ecclesie, & fortiori cognoscere debet quando de hoc constat: & hoc tenet Innocent. hic in princip. Secundus casus est, quando Laicus non negat rem esse Ecclesie, vel Clerici, sed præterit se aliter non teneri restituere: & eodem modo cognoscit iudex ecclesiasticus: & hic casus deciditur hic à contrario sensu: nam si iudex secularis cognoscit, quando Laicus negat rem esse Clerici, vel ecclesie, ut hic deciditur: ergo à contrario, si id non neget, jurisdictione ad iudicem ecclesiasticum pertinebit. Tertius casus est primo oppositus, quando constat rem non esse Ecclesie, vel Clerici; & tunc cognoscit iudex secularis, & habet locum regula: Ad hoc sequitur forum Rei. Et hic casus deciditur in hoc Capitulo ex majoritate rationis, & à fortiori: nam si jurisdictione est iudicis laici quando dubium est, an res sit Ecclesie, vel Clerici, multò magis erit decidendum, quando apparet rem non esse ecclesiasticam, aut propriam ipsius Clerici. Quartus denique casus est, quando dubium est an res sit Ecclesie, vel Clerici, & Laicus conventus asseverat rem esse suam: & adhuc cognoscit iudex secularis. Et hic est propriè casus huius Decretalis. Quod tamen intellige, ut dicam infra in 3. notab. vers. Tertia principalis opinio, num. 10. & num. 15. Item intellige hoc verum, dummodo laicus, qui negat rem esse Clerici, vel Ecclesie coram iudice ecclesiastico protestetur, se per hoc non intendere in eius jurisdictionem consentire, nec licem contestari, ut in cap. Inter monasterium, infra de sentent. & re iudicat. alias enim si Laicus respondendo exciperet res petitas à Clerico non esse ecclesie, sed suas, & hoc sine protestatione, facta esset litis contestatio, & oporteret eum coram ecclesiastico iudice respondere. Cap. Insignante, supra de offic. deleg. secundum Petrum de Sampson, & Abbat. Antiqu. hic in ver. Asseveret, vel certe, & melius, ut hic dicebat Goffred. Laicus asseverabat res esse suas ad fori exclusionem, non ad iudicij ordinationem. Et idem dixerunt Petr. & Abb. proxime citati, & post eos Hostiens. nu. 1. in ver. Asseveret, Joan. Andr. nu. 2. in eodem ver. Butr. nu. 5. Alex. de Navo num. 9. & Abb. Siculus, qui propterea in Summa huius textus cautè apposuit verba illa: Ad jurisdictionem Ecclesiasticam declinandam. Unde notabiliter concluditur, per negationem non induci litis contestationem, quando negatio concernit non solum negotium principale, sed etiam jurisdictionem, & competentiam iudicis, ut post Petr. de Anchar. hic notat Joan. de Anan. num. 4.

Secundò nota, ex negatione rem fieri dubiam, cap. Pisanis, cum ibi not. de rescript. spoliar. l. 3. C. Quibus ad libert. proclama. non lic. not. gloss. in cap. Ventens, de renuntiatis. gloss. magna in cap. 1. de offic. Deleg. lib. 6. & gloss. 4. in l. Plures, C. de fid. inframent. Hostiens. hic num. 1. in verb. Non Ecclesie. Joan. Andr. nu. 2. in eod. verb. Abb. num. 4. &

& Felin. num. 1. Et colligitur ex hac Decretali, quia dum decidit cognitionem ad iudicem secularem spectare, si Laicus neget rem esse Ecclesie, vel Clerici: satis innuit ex huiusmodi negatione rem dubiam reddi: alias enim si certum esset, rem esse Ecclesie, vel Clerici, non cognosceret iudex seularis, sed ecclesiasticus, ut dictum est supra in 1. notab. num. 1. Quod tamen intellige, dummodo negatio sit verisimilis, seu probabilis, ut per Abbat. dict. num. 4. & Felin. qui alios citat num. 1. vers. Quintò salit. Secus si notorium esset rem esse Clerici, vel Ecclesie, quia tunc non prodesset Laico talis negatio, quin teneretur in foro ecclesiastico respondere, ut dicunt hic Anton. de Butrio in examinatione materie, Abbas num. 4. & Alexand. de Navo num. 7. in eadem materia, ut si petatur possessio Præbende, quia non potest esse non notorium in loco, quo possessiones sint præbendales, huiusmodi negatio non sufficit ex notatis per Innocent. in cap. Venerabilis, de censib. & in cap. Tria, de Cohabit. Clericor. & in cap. Novit, de iudic. in fin. Et generaliter notorium non inficit per negationem, probat textus in cap. Super eo, de rescript. cohen. quem ad hoc ibi notat Abb. & in d. c. Tria, ubi similiter Abb. in princ. gloss. & Bart. in l. Post rem ff. de transaction. Felin. hic nu. 1. vers. Fallit primò.

Tertiò nota, quòd quando in libello proponitur certa qualitas, in qua consistit fundamentum jurisdictionis, puta quòd res sit Clerici, vel ecclesie, non sufficit ad fundandam jurisdictionem sola allegatio illius qualitatatis, si probabiliter negetur, ut per Butr. hic num. 3. Imò quòd plus est secundum Abbat. num. 6. & Alex. de Navo num. 8. in ultimo notab. non sufficit sola allegatio sequuta negatione, etiam si illa qualitas veniat postea probanda, & examinanda ad merita causæ, ut hic clarè probatur: nam ad merita causæ, & ad effectum ferendi sententiam venit hoc examinandum, an res petita sit ecclesie, vel Clerici. Et tamen hoc non sufficit ad fundandam jurisdictionem ecclesiasticam, si hæc negetur. Quòd est contra Bartol. in l. 2. ff. si quis in jus voc.

Sed huic Theoricæ videtur obstare, quòd ubi negatur qualitas, vel causa jurisdictionem tribuens, potest iudex ad fundandam suam jurisdictionem de causa illa, vel qualitate cognoscere, ut videat an sua sit jurisdictione, ut probatur in cap. Super litteris, de rescript. & in cap. Cum persona, de privileg. lib. 6. & not. in leg. Si quis ex aliena, ff. de iudic. & in d. leg. 2. ff. si quis in jus voc.

Pro solutione DD. multum se torquent, & in specie Anton. de Butr. materiam latissimè examinat à num. 5. sed ut dicit Abb. num. 9. procedit stylo intricato, & obscuro. Tu dic clarius. In hoc articulo sunt tres principales opiniones. Prima opinio est, ut sufficiat sola allegatio illius qualitatatis, seu causæ deferentis jurisdictionem, licet illa vera non sit, dummodo de hoc non constet, quia id, quòd exprimitur in libello, habetur pro vero ad fundandam jurisdictionem. Ad quòd facit. Cum quadam puella, in fin. ff. de iurisdic. omn. iudic. & hæc fuit aperta opinio Bart. in d. l. 2. ff. si quis in jus voc. non ter. ubi decidit, ut si quis citatus in alieno territorio neget se ibi

Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3

contraxisse, vel deliquisse, non propterea excludatur jurisdictione iudicis, ne sit opus ut de hoc summarie cognoscatur. Idemque sentit Guido de Suza in Authen. Qua in Provincia, C. Vbi de crim. agi oporteat, ubi dicit sufficere allegare commissum fuisse crimen in certo loco ad fundandam jurisdictionem iudicis loci abique eo, quòd aliter probetur, vel cognoscatur. Quòd si postea apparuerit in processu causæ delictum non fuisse ibi commissum, processus non valebit, ut C. Si à non competen. iudic. per tot.

Secunda principalis opinio fuit Jacobi de Arena, quam ponit Lopus sua alleg. 58. incip. Prælati: dicit enim sufficere, ut causa, vel qualitas jurisdictionem tribuens allegetur, & postea probetur. Et adversarius, si illam neget, gravatur onere probandi, quia ex productione libelli fundata est intentio, ut d. l. Cum quadam puella, in fin. Verum hæc duæ opiniones aperte pugnant cum hac Decretali, ubi non fundatur jurisdictione iudicis ecclesiastici ex sola allegatione, quòd res sit Clerici, vel ecclesie, vel adversarius hoc neget, nec negans aggravatur onere probandi suam exceptionem qualitatatis negativam.

Præterea hoc modo esset in facultate actoris allegando causam, vel qualitatem concludentem jurisdictionem, sufficere retam jurisdictioni iudicis non sui, vel eum aggravate onere probandi defectum qualitatatis, seu causæ jurisdictionem concludentis, quòd esset absurdum. Unde merito huiusmodi opiniones hic resellunt Butr. num. 5. vers. Non placet mihi opinio, & Abb. num. 9. vers. Unde ista opiniones non placeat, & communiter DD. & contrarium scripsit idemmet Bart. in leg. Præscriptiones, C. Si contra jus vel util. publ. ubi tenet de hac qualitate debere prius summarie cognosci. Et ad text. in l. Cum quadam puella, in fin. de iurisdic. omn. iudic. responde, ut per Butr. & Abb. loc. cit.

Tertia igitur principalis opinio est, ut sola negatio non excludat funditè jurisdictionem iudicis, sed tantum impediatur processum super principali, adeò ut non teneatur reus respondere ad libellum, nisi prius summarie cognoscatur de illa qualitate jurisdictionem tribuente, quòd res sit Clerici, vel ecclesie secundum terminos huius Decretalis. Hæc tertia opinio originaliter fuit Goffredi, quam hic post multa sequuntur Butr. & Abb. loc. cit. & idem Butr. Imol. & Gemin. in dicto cap. Super litteris de rescript. & alij citati à Felin. hic num. 2. in 2. limitatione, ubi dicit hanc esse communem opinionem, pro qua optimè faciunt iura, quæ generaliter dicunt, iudicem, cuius jurisdictione negatur, cognoscere posse an sua sit jurisdictione, ut in dicto cap. Super litteris, cum alijs supra allegat. Quem admodum res si negetur esse feudalis, de hoc primò cognosci debet an sit feudalis secundum Innocentium in cap. Ceterum, supra eodem. Item si quis alienæ jurisdictionis citatus compareat, & dicat se non contraxisse, vel non deliquisse in loco, vel territorio, ubi citatur, debet ante omnia discutiri summarie; an ibi contraxerit, vel deliquerit sine præiudicio principalis questionis; & si constiterit ipsum ibi contraxisse, vel deliquisse, procedetur postea in principali, ut dicit Innocent. in d. cap. Super litteris Archid. & Joan. Andr. in cap. Romana, §. Contraxerit.

bentes, eodem tit. lib. 6. Joan. Calder. in cap. 1. de raptor. & Cyn. in leg. Praescript. C. Si contra jus, vel iuris publici. Et est communis opinio, ut restatur Marian. Socin. in cap. fin. post num. 9. vers. Circa decimum quartum, infra eodem. & Jul. Clar. in praxi, §. fin. quæst. 38. num. 12. vers. Vltimus quæ-
 14 70. Et eodem modo si coram Conservatore Apostolice Sedis, qui potest tunc cognoscere de manifestis iniuriis, ut in cap. 1. & in cap. fin. de offic. deleg. lib. 6. negetur offensa notoria, probationes recipiet Conservator, an factum sit notorium, ut sic videat an sua sit iurisdictio, ut dicitur glof. in dicto cap. 1. in ver. Conservatores, vers. Sed quid si negetur. Et idem voluit Archid. in cap. Romana, §. Notoria, de censibus, lib. 6. Ibi enim decidit textus, Archiepiscopum in visitatione Provinciae posse punire notoria crimina subditorum suorum suffraganeorum. Querit Archid. quid si crimina negetur notoria: & resolvit Archiepiscopum posse de hoc summarie cognoscere ad iurisditionem suam fundandam per iura generalia supra allegata. Ita ergo dicendum in proposito; & unde quod deciditur in hac Decretali, ut iudex secularis cognoscat rem esse Clerici, vel Ecclesie, intelligi debet procedere, nisi Clericus, qui allegat qualitatem iurisditionem tribuentem, offerat se illa probaturum; tunc enim iudex ecclesiasticus summarie cognoscat de qualitate illa, ut videat an sua sit iurisdictio. Et si constitit rem esse Ecclesie, vel Clerici, procedet super principali; in minus, remittet partes ad iudicem feudalem. Et ita denegatio qualitatis iurisditionem deferentis, cum de hac notorie non constat, hoc tantum operatur, ut laicus interim non teneatur in foro ecclesiastico respondere, donec iudex ecclesiasticus qualitatem illam (tamquam examinaverit, & pronuntiaverit suam esse iurisditionem. Et ita intellige hunc textum secundum communem, & veterem opinionem.
 16 Declara modo hanc conclusionem, ut procedat li iurisdictio fundetur super vera existentia qualitatis; tunc enim negatio impedit processum in principali; donec iudex cognoverit an sua sit iurisdictio: secus si iurisdictio fundetur super hac dubietate qualitatis iurisditionem tribuentis; quia tunc negatio nihil operatur, sed sufficit qualitate illam in libello allegare, secundum distinctionem Anton. de Butr. hic sub num. 6. vers. Dic quod si qualitas allegatur & Abbat. sub num. 12. vers. Aut enim fundatur iurisdictio. Roman. conf. 208. incip. Hac imperatio, in fin. exemplum si negetur Clericus, vel res spiritualis, ut in cap. Si iudex laicus, de sentent. excommunicat. lib. 6. Covarr. de comuni. Practicarum questionum cap. 33. num. 1. vel contractus esse usurarius, & in cap. Illos, de pignori. & in cap. Ad nostram, de empti. & vendit. aut contractus matrimonij, ut in cap. Tuam, de ordin. cogniti. cap. Lator. & cap. Causam, il secundo, Qui fil. sint legitimi, cap. In Canonibus, 16. quæst. 1. Concil. Trident. sess. 24. de Sacram. matrim. can. ultim. In his enim casibus, & alijs consimilibus, in quibus sola dubietas fundat iurisditionem iudicis ecclesiastici, negatio qualitatis nihil prodessit, quominus laicum teneatur in foro Ecclesie respondere. Et idem in casu sacrilegij secundum Butr. & Abb. in 2. membro prim-

cipali: & ita procedit quod not. Vincentius in cap. Conquisitus, infra eodem: nam secundum eum si laicus neget raptum, vel invasum in bonis Ecclesie, iudex ecclesiasticus cognoscat donec constet suam non esse iurisditionem; & tunc condemnabit Clericum in expensis, & remittet ad iudicem suum, cap. N. debitor, & cap. Cum specialis, de appellat. Et hec etiam procedit quod not. Innocentius in cap. Cum sit, infra, eodem: nam ut ipse dicit, Clericus agens contra laicum coram iudice ecclesiastico super oppressionem, vel fraude, vel illicito contractu, in quibus casibus in dubio fundatur iurisdictio iudicis ecclesiastici, ut ibi not. debet in petitione mentionem facere de oppressionem, vel fraude, aut minus legitimo contractu, & super illa causa fundare suam intentionem, et si pars adversa neget, nihilominus procedet in causa principali. Et si non probaverit fraudem, vel illicitum contractum, absolvetur reus ex illa causa, sed iterum poterit agere ex alia, ut leg. Et an eodem ff. de excepti. rei iudic. Quod ipsum sentit idem Innocentius in cap. Caterum, supra cit. prox. quando Clericus dicit se spoliatum, & Laicus negat, ut si est dubium, cognoscat iudex etiam de principali, sequitur Lopus alleg. 58. Prælati, num. 4. vers. In contrarium, & num. 5. Ita etiam circa immunitatem Ecclesie, si dubietur an sit locus remissionis, nec ne, ad iudicem ecclesiasticum spectat cognitio, ut deciditur novissime in Constitutione Gregorij XIV. quæ incipit: Cum alias nonnullis, edita 9. Kalend. Junij 1591. quicquid ante Bullam dixerit Julius Clar. in §. fin. quæst. 32. num. 20. In his planè casibus negatio rei non proficit, quia sola dubietas fundat iurisditionem ecclesiasticam.
 20 Quartò nota regulam generalem, quod actor sequitur forum rei, ut hic, & in cap. Cum sit generale, infra eodem, & in l. ultim. C. Vbi in rem actio, cum multis concordant: de quibus hic per glof. in ver. Actor. Et consequenter Clericus cum agit contra Laicum, potest, & debet litigare coram iudice seculari, ut est text. hic, & iudex Laicus hoc casu poterit condemnare Clericum in expensis, si in causa succubuerit, vel contumax fuerit, secundum Petrum de Anchar. num. 2. in 2. notab.
 22 Et procedit hæc regula etiam in Regularibus, qui si agant contra Laicum, tenetur eum convenire coram iudice seculari, non autem coram suis Conservatoribus, cap. 1. & cap. fin. vers. Vt autem Conservatores, de offic. deleg. lib. 6. nisi hoc habeant ex speciali Indulto Sedis Apostolice, sicuti habent Religiosi Societatis Jesu, per Conservatoriam, quam super hoc impetrant à Pio V. 8. Kalend. Junij, Pontif. anno 3. ut in litteris expeditis in forma; Rationi congruit, à Gregorio XIII. in Constitutione, quæ incipit: Aequum reputantes, itidem 8. Kalend. Junij 1572. in Bullar. pag. 361. tom. 2. Quæ tamen litteræ hodie redactæ sunt ad formam Constitutionis Gregorij XV. de Conservatoribus, ut inferius patebit. Item procedit regula supra dicta non solum in civilibus causis, sed etiam in criminalibus, ut in leg. In criminalibus, C. de iurisd. omni. iudic. ubi dicitur: in criminali negotio rei forum accusator sequatur, glof. hic in ver. Actor. dum allegat illum text. & Joan. Andr. num. 5. in glof. 1.
 Rufus

Rufus procedit eadem regula, etiam si reus, cui competit exceptio vigore suæ exceptionis agat præveniendò Actorem, vel imploret officium iudicis, ut not. Bart. in l. Societatem, §. Arbitrorum, ff. Pro Socio, Feder. de Sen. confil. 237. factum tale est. Quidam nomine Thomeus in fin. Joan. de Anan. hic nu. 1. Roman. conf. 412. pro habenda, in princ.
 25 Quintò nota limitationem ejusdem regulæ, ut non procedat quando Clericus agit contra Laicum pro rebus Ecclesie, vel suis, id est patrimonialibus, seu pecuniariis ipsius Clerici, ut in fr. de pecul. Cleric. per tot. secundum Hostiens. Joan. Andr. & Bellam. hic omnes in princ. in verb. Suis: nam si Laicus id non neget, trahi potest à Clerico agente ad iudicem ecclesiasticum, ut hic deciditur secundum omnes. Rationem hujus limitationis assignat Abb. hic in 1. not. n. 2. quia ex mala detentione, quæ in dubio præsumitur, cum res sit Ecclesie, arg. c. Nulli, & c. Qui absolvere, 12. quæst. 2. & cap. Episcopi, cum ibi not. per Innocent. de reb. Ecclesie non alienand. causatur quoddam sacrilegium, cuius ratione etiam Ecclesia sibi vindicat iurisditionem, c. Cum sit, & cap. Conquisitus, infra. eod. cum similib. Item possunt tales dicere actores Ecclesiarum ex injusta detentione istarum rerum, & ideo est in optione actoris coram quo iudice velit illos convenire, ut in d. cap. Cum sit. Similiter detentores rerum ipsius Clerici, idcirco conveniri possunt in foro ecclesiastico, quia quasi sacrilegij sunt ceniendi. Ad quod Abbas allegat quod not. Innoc. in cap. Caterum, supra de iudic. ubi dicit Clericum spoliatum convenire posse suum spoliatorem coram iudice ecclesiastico, quia sacrilegium est quoddam crimen ecclesiasticum, cap. In Canonibus, 16. quæst. 1. & ita secundum Abbatem laicus in casu hujus cap. Non trahitur ad iudicem ecclesiasticum præcisè ratione veri sacrilegij, sed quasi sacrilegij, & læsionis, quæ inferitur Ecclesie ex injusta detentione rerum ecclesiasticarum. Et idem concludit sub n. 12. in fin. vers. Ideò puto, & sequitur totidem verbis Alex. de Novo nu. 2. & Felin. num. 4. vers. Secunda Conclusio, ubi similiter tenet etiam cessante allegatione sacrilegij posse Laicum à Clerico agente rei vindicatione pro re propria, vel Ecclesie coram Episcopo conveniri.
 28 Quintimo procedit hæc conclusio qualitercunque agatur de rebus Ecclesie, vel Clerici, etiam si agatur actione personali, ut ex locato, vel legato, ut tenet Innoc. hic in princ. ait enim si constat rem esse Ecclesie, etiam si laicus possideat, coram iudice ecclesiastico agi debet, puta si agatur ex locato, vel legato, & similibus. Et sic secundum eum laicus trahi potest ad iudicem ecclesiasticum non solum quando agitur rei vindicatione, sed etiam si agatur alia actione personali occasione rei ecclesiasticæ: secus si ageretur actione personali, & non de ecclesiastica, quia tunc secularis cognosceret. Et ita potest intelligi Innoc. & in cap. Cum sit generale, infra. eod. ubi videtur contrariari dicto suo hic, prout expressè declarat illum Abb. num. 12. vers. Ideò puto, & ita etiam illum intelligit Cardin. nu. 4. ubi salvando Innoc. ab impugnationibus Host. & Ioan. Andr. dicit illius dictum procedere in actione locati, quam intentat Clericus contra

Laicum de rebus Ecclesie, vel Clerici, & Laicus id fateatur; tunc enim actio locati licet personalis, tamen quia in rem scripta (id est ad rem intentatur, quia revera est merè personalis, ut hic per Imol.) quoad fortiendum forum censetur realis, cap. Ex parte, infra. eod. Cum autem igitur realiter de Ecclesie, cognoscat ecclesiasticus, ut clarè hic probatur. In legato autem minor subest difficultas, quia pro eo competit etiam rei vindicatio, ut l. i. C. comm. de leg. & licet si non negatur legato, potest agi coram ecclesiastico. Ita Cardin. subdistinguit se ita in factò consultius post longas altercationes, & sequitur Felin. hic nu. 4. vers. Amplia etiam, ubi dicit, quando laicus fateatur rem esse Ecclesie, concurrere rei vindicationem cum illa actione personali, ad eam ut actio ex legato, quamvis non sit in rem scripta, tamen propter concursum realis trahatur ad eum naturam, ut in l. Qui fundam, §. Si tu ex parte, ff. ad l. Falcidiam, & ibi Dyn. & Bart. & hoc secundum Felin. intendit Cardin. dum requirit, ut agatur ne dum ad mercedem, sed etiam ad rem: nam si ad mercedem tantum ageretur, actio esset merè personalis, & laicus conveniendus esset in suo foro, juxta regulam hujus Decretalis.
 30 Sexto nota aliam limitationem ejusdem regulæ, quæ habetur hic in fin. videlicet, quando obtinet consuetudo, ut reus sequatur forum actoris, & laicus in causa merè civili per iudicem ecclesiasticum iudicetur; Et sic nota consuetudinem posse in ordinem iudiciorum disponere contra jus commune: de quo in cap. Cum contingat, infra. eod. Et not. hic Joan. de Anan. n. 3. vers. Nota istam regulam, quæ quidem consuetudo, ut hic dicitur, plerisque in partibus obtinuit, ut Parisiis, cap. Quod Clerici, infra. eod. secundum Joan. Andr. hic numer. 4. in verb. Parisiis.
 32 Et causa introductionis secundum glof. fin. hic fuit negligentia iudicis secularium in administranda Clericis iustitia, ut in iuribus citatis in glof. sequitur Abbas num. 7. vers. Unde habuit ortum hæc consuetudo, suadit tamen notabiliter glof. per allegata, si iudices seculares sint negligentes, si non, Papam concedere quotidie litteras Clerico contra Laicum super quacunque questione. Et patet in cap. fin. supra. de alien. iud. mut. caus. fact. & in cap. Constitutus de restit. in integr. secundum Hostiens. qui similiter dicit Papam concedere litteras Clerico contra Laicum tota die: Romana enim Ecclesia in concessione litterarum contra Laicum prescripsit hanc consuetudinem; ut dicit Bellam. hic numer. 2. vers. Et nedum Romana Ecclesia. Et ita indistinctè servari ex generali stylo Curie restatur Abb. numer. 7. vers. Dicit tamen unum notabile verbum, de quo stylo meminit etiam Butr. num. 12. Idem not. Archid. in cap. Inductum, 89. dist. ubi refert se vidisse hoc de facto in quadam causa: additque notabiliter hoc adeo verum esse, ut si reus exciperet causam esse prius tractandam in suo foro, & appellaret, non darentur litteræ in causa appellationis, ut dicit se expertum. Et huic stylo suffragatur cap. fin. de iudic. secundum Abb. & idem not. Specul. in rit. de compet. iudic. §. Regulariter, in princ. & clarius in vers. 30. & vers. sig. qui similiter ampliat hoc procedere etiam iudex secularis, &

35 & laicus conventus se paratos offerent ad exhibendam iustitiam: nam per hoc non impeditur iurisdictioni delegati Papae, nec potest hoc casu iudex secularis inhibere laico, ne respondeat coram ecclesiastico, ut ibi notatur. Idemque tradit Hofst. in summ. hujus tituli. §. 2. vers. Ex praemissis, & sequitur Abb. hic d. num. 7. & Felin. nu. 1. vers. Dixeram olim.

36 Quinimo Papa non solum dat litteras Clerico in particulari contra laicum per modum rescripti, sed aliquando etiam concedit litteras in genere per modum privilegii perpetui, ut patet in litteris Pii V. quarum superius meminimus, num. 22. in quibus dantur Conservatores, & Iudices ordinarii Societati lesu, & eorum familiaribus Clericis in quibuscunque causis tam civilibus, quam criminalibus, ac mixtis, etiam in eis, in quibus actores, vel conventi rei forent.

37 Quid in causa feudali? vide hic per Abb. numer. 7. vers. Hoc commune dictum limito. Laico autem contra laicum, Papanon concedit litteras, nisi in casibus notat. in cap. Cum sit, cap. Licet, & cap. Ex tenore, infra eod. secundum Abb. eod. num. 7. vers. Et nota bene haec glossa, de quo Hofst. hic in fin. in verb. De consuetudine, vers. Et nunquid laico, remittit adnot. in cap. Immutat, de arbit.

38 QUERO an regularibus liceat in eorum causis civilibus petere Iudices, vel Conservatores à Magistratu seculari; & an expediat innovare Constitutionem Clem. VIII. de Conservatoribus, & cum quibus additionibus, & clausulis.

Huic quaestioni causam praebuit Senatus, N. qui nuper cepit deputare Regularibus Conservatores in omnibus causis tam activè, quam passivè. Hoc autem habet difficultates infra-scriptas, & Primò, Magistratus secularis dat huiusmodi Conservatores, qui non nisi à Sede Apostolica concedi consueverunt, c. 1. & cap. fin. de offic. deleg. lib. 6. Secundò Senatores laici inhibent Ordinario ecclesiastico ne in causis Regularium ad eorum forum pertinentibus procedat, contra c. Seculares iudices, de foro. comp. lib. 6. cap. Si quis, cap. Omnes, & cap. Solite, supra de maior. & obediens, & cap. Monachi, infra de sent. excomm. unde crebra oriuntur dissidia, & contentiones inter Ordinarium ecclesiasticum, & Iudices seculares.

Tertio Regulares confugiunt ad Iudices Laicos contra Bullam Coenæ.

Quartò præbetur illis occasio vagandi in Curias, & Tribunalibus secularibus, contra c. Sed nec procuraciones, ne Clericis, vel Monach. cum concord.

Quintò dantur Conservatores sive regulares sint actores, sive rei; cum tamen neque ex juris communis dispositione, ut in d. cap. 1. & fin. nec in vim generalium privilegiorum eis liceat alios convenire coram suis Conservatoribus.

Sextò Conservatores à laicis deputati procedunt etiam in causis spiritualibus, contra c. Decernimus, de iud. & c. fin. de foro. comp. lib. 6. Et interpersonas ecclesiasticas, contra c. Nullus iudicium, supra eod.

Ac denique aliis omnibus actus omnes coram dictis Conservatoribus gesti ex defectu iurisdictionis sunt nulli, d. c. fin. in fin. de off. deleg. lib. 6.

39 Quamobrem ut huic malo occurratur antequam latius serpat, propositi deliberandum in Sac. Congregatione Concilii, An expediat innovare Constitutionem, seu decretum Clem. VIII. editum 19. Martij 1591. quo prius revocatur, atque irrita declaratur, & subreptitia quacunque Iudicium, seu Conservatorum deputationes, qui qualitates non habent requisitas, & descriptas in Constitutione Bonifacii VIII. quae incipit, Statutum, Quae etiam in Conciliis provincialibus, aut diocesanis juxta decretum Concilii Tridentini electi, & designati non sunt; præterquam quoad negotia jam cepta, vel quoad ea, in quibus huiusmodi deputationes suum sunt sortitæ esse cum: Ac deinde statuitur, ut ininceps dictæ litteræ conservatoriarum non aliis dirigantur, quam habentibus qualitates supra scriptas, alioquin nullius sint roboris, vel momenti.

Rursum deliberandum an expediat addere Constitutioni Clementis, sequentia Capita.

Primum, ut Regulares, qui litteras conservatorias aliter, quam juxta formam superius descriptam impetrant, vel Conservatores deputant, ipso facto censentur privati voce activa, & passiva, & eorum conventus careant Conservatore ad tempus à S. Congregatione prescribendum, ita ut interea coram locorum Ordinariis conveniantur.

Secundò, ut infra mensem à die incantationis Religionis omnes in Italia debeant sibi eligere Conservatores secundum formam superius propositam; alioquin elapso mense, conveniri possint coram Ordinariis juxta decretum Gregorii XIII. hac de re editum.

Tertio, ut Conservator semel legitime deputatus infra quinquennium mutari, seu amoveri non possit, ut etiam statuitur in eodem decreto Gregorii. Hic considerandum an excipiendæ sint mutationes, seu remotiones Conservatorum, quæ sunt ex rationabili causa diuturnæ absentiae, infirmitatis, & similibus: & coram quo Regulares de huiusmodi impedimentis docere debeant.

Quartò, ut Regulares possint quidem, ac debeant conveniri coram suis Conservatoribus, sed non possint alios convenire; atque ita ut Conservatores iurisdictionem non habeant nisi in causis, in quibus Regulares sunt rei.

Quintò, ut Conservator, qui suos limites excesserit, sit per annum ab officio suspensus, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, excommunicationem incurat, sicuti disertis verbis statuitur, in dicto cap. fin. vers. Et autem Conservatores, de offic. deleg. lib. 6.

Sextò, quia Regulares actores tenentur sequi forum rei, & si reus sit laicus, coguntur coram iudice laico litem agere, ut hic non videtur incongruum, ut in causis activis petant à Senatu iudicem non suspectum; ideoque deliberandum videtur, An expediat in eadem Constitutione præservare Regularibus jus petendi in dictis causis iudices cum infra scriptis conditionibus, & non alias.

40 Prima Condicio, ut hæc iudicis deputatio fieri non possit à seculari Magistratu, nisi cum Regularis agit contra Laicum, juxta textum hic; non autem ubi agit contra personam ecclesiasticam, aut alias exemptam à seculari iurisdictione,

ne, cap. Clericus, de iudic. & cap. Si diligenti, infra eodem.

Secunda condicio, ut causa, pro qua iudex deputatur, non sit spiritualis, sed talis, in qua laicus sit iudex competens, ut in cap. Causa sit generalis, infra eodem.

Tertia, ut deputatio non fiat ad universitatem causarum, quia hac generali deputatione Regulares abuti possent etiam in causis spiritualibus, vel in quibus ipsi aut non agerent, sed convenirent, aut certe agerent contra personam ecclesiasticam vel exemptam. Vel saltem si sic eis permittenda impetratio iudicis, etiam ad universitatem causarum, videtur addenda declaratio, dummodo tamen Regulares non sint rei, neque agant contra personam ecclesiasticam, neque causa alioqui sit spiritualis.

Ultima Condicio, ut iudex sic deputandus, non conservator, sed iudex simpliciter appellari debeat.

41 Plura fuerunt alia opposita à Regularibus eidem Constitutioni Clementis VIII.

Primò, quod esset regula Cancellaria, & ideo expiraret per mortem Pontificis.

Secundò, quod nunquam fuisset usu recepta.

Tertio, quod non sustulerit contrariam Regularium consuetudinem.

Quartò, quod fuerit abrogata ex confirmationibus privilegiorum, quas post illam Regulares à Sede Apostolica obtinuerunt.

Quintò, quod verba illa Constitutionis Quique etiam in Concilio electi, & designati sunt, essent intelligenda disjunctivè, non autem copulativè.

Sextò, quod non haberet locum nisi in Conservatoribus deputatis ad præscriptum juris communis, non autem illis, quos eligunt sibi Regulares in vim privilegiorum.

Septimò, quod multa contineat absurda, & in specie quod nec Episcopi, nec Cardinales possint eligi in conservatores, cum ipsi non eligantur, aut designentur in Synodis.

Ultimò, quod sit nimis onerosa Regularibus, cum in Synodis non designentur nisi ab Episcopis dependentes, qui propterea Regularium privilegia vix conservabunt.

Prima oppositio tollitur condendo Constitutionem perpetuam.

Secunda innovando Constitutionem Clementis VIII.

Tertia derogando contrariæ Consuetudini.

Quarta derogando contrariis privilegiis.

Quinta declarando illa verba esse intelligenda copulativè, cum verè alio modo intelligi non possint.

Sexta declarando Constitutionem habere locum in Conservatoribus electis, seu eligendis tam ex præscripto juris communis quam in vim privilegiorum, cum re vera alio modo vix possint intelligi.

Septima excipiendo nominatim Episcopos, vel illis majores sicuti sunt excepti in decreto Concilii cap. 10. sess. 25. ibi: præter Ordinarios locorum. Ad quod quidem decretum dicta Constitutio habet relationem.

Ultima oppositio non videtur ob stare, quia ita lex scripta est, & expedit ut conservatores tanquam legales, & idonei sint ab universa Synodo approbati.

42 Rursum quia præter abusus jam expressos dicitur irreplevisse etiam alius, ut quamvis Regulares initio Conservatores deputaverint, et in causis quibus requisitis; tamen Conservatores sic deputati alios subdelegent iidem qualitatibus carentes: deliberandum an expediat addere hæc subdelegationem fieri non posse, nisi etiam subdelegati habeant qualitates expressas in Constitutione, ne fiat fraus Constitutioni; Quæ modo S. Congregatio alias consulta an iudices designati in Synodo, si al quo impedimento causas terminare non possunt, teneantur eas subdelegare personis eidem in Synodo deputatis: respondit non posse subdelegare alios, quam designatis in Synodo. Verum quia in dicto cap. fin. Conservatores prohibentur vices suas committere exceptis citationibus, & sententiarum denunciationibus; Si statutur eos non posse subdelegare nisi cum qualitatibus præscriptis: facile hinc elicitur indistinctè licere sibi subdelegare, Unde cogitandum quibus verbis hæc clausula concipi debeat.

Cum de his postea actum esset cum SS. D. N. Gregorio XV. placuit sanctitati Sux ut Constitutio in S. Congregatione compilaretur. Ideoque in iunctum est mihi, ut minutam conficerem, ac per manus transmitterem.

43 Quæ pertinent ad Constitutionem edendam de Conservatoribus.

44 Cum Regulares actores teneantur sequi forum rei, ac si reus sit laicus, coguntur, circumscripta consuetudine, coram seculari iudice litem agere, juxta text. hic, in quadam Provincia observatum est, ut petant eo casu iudicem non suspectum à seculari Magistratu. Quæ quidem deputatio etiam hoc modo fit utilis Religionibus, nec repugnet sacris Canonibus; tamen Senatus N. hinc Sumpta occasione cepit ab aliquot annis deputare Regularibus Conservatores in qua quidem deputatione multipliciter excedit limites suæ iurisdictionis; & aliis omnibus quamvis iudices deputandi pro Regularibus in casibus à iure permixtis iurisdictionem non habeant, nisi cum Regulares agunt contra laicum; & contra verò Conservatorum iurisdictionem non extendatur nisi ad causas, in quibus Regulares sunt rei; Magistratus tamen utraque potestate sibi vindicata, deputat Regularibus Conservatores in omnibus causis tam activis, quam passivis. Deinde quamvis, ut dictum est, liceat magistratu laico deputare Regularibus iudices quoties ipsi conveniunt laicum; id tamen intelligitur in causis profanis tantum, non autem in ecclesiasticis, in quibus sive Regularis conveniatur, sive conveniat laicum, solus ecclesiasticus est iudex competens, cap. Decernimus, supra de iudic. & cap. fin. de foro. comp. lib. 6. Et idem est cum agitur inter personas ecclesiasticas, cap. Nullus iudicium supra eodem. Et tamen Magistratus consuevit deputare Regularibus hos iudices ad universitatem causarum, & postea iudices sic deputati cognoscunt etiam causas spirituales, & inter personas ecclesiasticas. Quinimo sapius auferunt inhibere Ordinario ecclesiastico, ut constitit ex pluribus inhibitionibus exhibitis. Hinc autem plura oriuntur inconvenientia, quæ alias considerata fuerunt in Sac. Congregatione: ut patet ex dictis supra num. 38. Quibus videtur oportere

oportune occurrere posse per minutam Constitutionis de Conservatoribus per manus delatam: nam cum gravibus penis ordinetur, ut Regulares infra duos menses eligant Conservatores, qui non modo sint in ecclesiastica dignitate constituti, vel habeant qualitates Constitutionis Bonifacii VIII. quæ incipit *statutum*. Sed etiam ut sint iudices Synodales, neve semel electum possint infra quinquennium amovere, aut alium substituere. Hinc certe adimitur omnis facultas petendi Conservatores à secularibus magistratibus.

Præterea, quæ in eadem minuta per manus transmissa explicantur, videtur adhuc deliberandum de infra scriptis.

Primo an expediat præservare Regularibus facultatem, quam habent petendi iudices à magistratu seculari in casu, in quo ipsi sunt actores, & agunt contra laicum in causis profanis: An verò hæc facultas sit relinquenda juris communis dispositioni. Quod si placeat illam præservare, erit expressè declarandum ejusmodi iudices deputari non posse nisi tribus concurrentibus. Primum ut Regulares sint actores, non autem rei: Deinde ut agant contra laicum, non autem contra clericum, vel aliam exemptam à seculari jurisdictione ultimo ut causa, in qua iudex deputatus, non sit spiritualis, sed talis, in qua laicus a lias sit iudex competens.

46 Secundo, cum universitates generales amplissimas gaudeant privilegiis, nec tamen in iis vigeant fortale abusus, qui vigent in Conservatoribus Regularium: deliberandum erit an de illis sit facienda mentio in hac Constitutione, sicuti fit in Constitutione Clementis VIII. An verò potius Universitates sint silentio prætereundæ, aut excipiendæ, quemadmodum illas excipit Tridentinum Concilium *cap. 5. in fin. sess. 14.*

47 Tertiò, Tametsi Conservatores de jure facultatem habeant procedendi per censuras ecclesiasticas etiam contra Ordinarios, ut *cap. 2. de off. deleg. lib. 6.* & nonnulli Regulares specialibus super hoc Sedis Apostolicæ privilegiis sint muniti, ut Religiosi Societatis Jesu ex Constitutione 1. Gregorii XIII. *Æquam reputamus. §. 3. in Bull. rom. 2. pag. 361.* tamen quia in his coactionibus, & penis Pontificali dignitati plurimum deferendum est, *cap. sane in secundo, & cap. Pastoralis eodem tit. & cap. Quia periculosum de sent. excomm. lib. 6.* & servandus ordo præscriptus in *d. cap. 2. Ipsi vero Conservatores suæ facultatis habent sæpe sepe usque laxarunt, ut episcopos statim excommunicare sint ausi: deliberandum an ut eis prohibendum ne similia deinceps moliantur. Satis erit, ut loco hujus prohibitionis ponatur remedium arbitrarium, qui ex Concilio in *d. cap. 5. sess. 14.* jubentur eligi quoties contentio aliqua inter Conservatores, & Ordinarios exorta fuerit, & interea super sedatur in causa.*

48 Quartò, Accidit sæpe, ut Conservatores in una diocesi deputati ad aliam evocentur ad cognoscendas Regularium causas: unde maxima contentio, & plura incommoda oriri solent. Quamobrem videtur hac quoque in parte innovanda Constitutio Bonifacii VIII. relata in *cap. fin. de off. deleg. lib. 6.* qua statutum est, ut Conser-

vatores intra civitates, seu dioceses, in quibus fuerint deputati, contra quoscumque procedere, aut aliquis ultra unam diocem à sine diocesum eorumdem trahere non præsumant.

49 Quintò, Quia in hac Constitutione revocantur omnes deputaciones Conservatorum, qui non habent qualitates requisitas in *cap. statutum*, quique iudices Synodales non sunt: ne detur occasio disputandi, an Conservatores hæcenus deputati habeant dictas qualitates, nec ne: Considerandum an expediat absolute revocare omnes, & quascunque Conservatorum deputaciones, & statuere ut infra præscriptum terminum rursus eligantur cum qualitatibus superius expressis: An ve re sit nominatim dictas qualitates exprimere.

50 Sextò Examinandum, An cum in hac Constitutione Regulares prohibentur infra quinquennium mutare Conservatorem semel electum, an è re sit addere clausulam, nisi ex causa à Sede Apostolica, aut à locorum Ordinariis, prout in his Regularibus libentis approbanda.

51 Septimò, In Constitutione statutum est, ut Conservatores, qui suos limites excederint, sint per annum ab officio suspensi. Deliberandum in hoc casu, in quo Regulares forte nihil peccant, an expediat statuere, ut ipsi coram locorum Ordinariis conveniantur: an ve hæc alius sit relinquendus dispositio juris communis, ac privilegiorum Regularium.

52 Ultimò cum Episcopi, illorumque Vicarii generales, atque horum Superiores non sint iudices Synodales, & tamen absurdum videatur, ut non possint eligi in Conservatores: considerandum est, an de illis expressè mentio facienda sit ad omnem dubitationem submovendam.

Porrò pro publicatione Constitutionis adhuc duo puncta superius examinanda.

Primum est an Constitutio Clementis sit contra Tridentinum Concilium.

Secundum An expediat illam innovare in ea parte in qua decernit, ut Conservatores præter alias qualitates debeant esse iudices Synodales.

53 Quod primum Constitutio statuit, ut non modo Conservatores habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione Bonifacii VIII. quæ incipit *statutum*; sed etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diocesanis, juxta decretum Concilii Tridentini electi, & designati sint. Putarunt quidam hoc loco Constitutum esse supponere in Concilio Tridentino statutum esse, ut Conservatores eligantur, & designentur in Synodis, dum jubet, ut Conservatores debeant in Synodis eligi, & deputari, juxta decretum Concilii: dicuntque Constitutionem hæc in parte continere manifestum errorem, quia Concilium nullibi statuit, ut Conservatores eligi debeant in Synodis provincialibus, aut diocesanis.

Sed certè alius est sensus Constitutionis: nam dum præcipit Conservatores habere hæc qualitates, ut sint designati in Synodis juxta decretum Concilii; ubique Constitutio intellexit tantum de illo Concilii decreto, quod loquitur de iudicibus Synodalibus, id est de *cap. 10. sess. 25.* Nam Pontifex animadvertens aliquos minus idoneos sæpe in Conservatores deputari, ut pat-

ret ex proemio Constitutionis, atque huic malo facile occurrere posse, si nullus deputari possit Conservator nisi etiam sit iudex Synodalis: ideo statuit, ut Conservatores non modo habere debeant qualitates *cap. statutum*: sed etiam esse electi, & designati in Synodis, juxta decretum Concilii, id est esse debeant ex iudicibus, quos Concilium præcipit in Synodo designari. Atque hic intellectus satis aperte colligitur, tum quia Constitutio exorditur iisdem verbis, quibus exorditur Concilium *d. cap. 10.* ubi de iudicibus, non de Conservatoribus loquitur: Tum quia statuit, ut Conservatores habeant qualitates *d. cap. statutum*, quod similiter non loquitur de Conservatoribus, sed de iudicibus. Atqui ita Constitutio nullum continet errorem.

54 Alii censent ideo Constitutionem Clementis esse contra Concilium, quia in decreto *cap. 5. sess. 14.* quod de Conservatoribus loquitur, præservantur Regularia loca his verbis: *Universitates autem generales, & regularia loca &c. in præsentis Canonis minime comprehensa, sed exempta omnino sint, & esse censentur.*

Sed advertendum est decretum *d. cap. quatuor prælatæ.*

Primo enim statuit ut litteræ conservatorie nulli suffragentur, quominus in criminalibus, & mixtis causis coram Ordinario conveniantur. Et quoad hoc sicut Concilium præservat Regulares, ita & Constitutio per manus delata, per quam Regulares conveniri possunt coram suis Conservatoribus, non autem coram Ordinariis.

Secundò Concilium statuit, ut in civibus actores non possint alium trahere coram Conservatoribus: & in hoc quamvis postea excipiat Regularia loca: non tamen sequitur, Regulares sunt excepti à Concilio: ergo possunt alios trahere coram suis Conservatoribus: sed solum sequitur, sunt excepti à Concilio: ergo remanent in dispositione juris communis, & privilegiorum Apostolicorum. At neque ex juris dispositione, neque ex privilegiis Regulares, exceptis Jesuitis, possunt alios coram Conservatoribus convenire: ergo dum hoc ipsum statuitur in nova Constitutione, certe non solum nihil contra Concilium statuitur, sed neque contra jus commune, aut Sedis Apostolicæ privilegia. Tertiò statuit Concilium, ne quis litterarum Conservatoriarum beneficio ultra quinquennium gaudere possit. Circa quod nihil decernitur in præsentis Constitutione. Quartò denique statuit, ne liceat Conservatoribus iudicibus habere Tribunal erectum. De quo similiter nihil cavetur in Constitutione. Unde sequitur, ut præsentis Constitutio in nihilo pugnet cum decretis Concilii.

Quoad secundam experientia docuit tot scandala, & controversias, quæ in dies nascuntur inter Conservatores, & Ordinarios, ut plurimum procedere ex Conservatorum imperitia. Unde sicut valde expedit, ut Conservatores sint habiles, & idonei ad ejusmodi munus obeundum, ita etiam videtur valde expedire, ut sint ex iudicibus Synodalibus: In Synodo enim confuerunt in iudices deputari quotquot magis idonei reperiuntur ad causas cognoscendas. Unde qui super sunt absurdum videtur, ut in Conservatores eligantur. Atque ita non obstat quod Regularium facultas restringatur. Imo etiam

potius videtur aliqua ex parte ampliari: nam de jure communi Canonici Cathedralium non possunt esse Conservatores, *cap. fin. ubi not. glof. in verb. Conservator. de off. deleg. lib. 6.* At possunt esse iudices ad præscriptum *d. cap. statutum, de rescrip. eod. lib. ubi statuitur.* Cum autem in multis Diocesis non in universum, nisi duæ, aut tres dignitates, at multo plures Canonici, qui possunt in iudices Synodales deputari: utique per hanc Constitutionem, quæ tribuit facultatem eligendi Conservatores dummodo habeant qualitates *d. cap. statutum*, & sint iudices Synodales, potius videtur extendi, quam restringi Regularium facultas: & quatenus etiam restringeretur, restringeretur tamen ad personas habiles, & inhabiles excluderentur. Et quamvis in multis Synodis pauci admodum iudices designentur, id tamen accidit, quia alicubi pauci sunt, qui habeant qualitates *d. cap. statutum*, quique aliquo in apti sint ad hoc officium exercendum: unde quamvis pauci deputentur, expedit tamen potius ex his paucis Conservatorem eligere, quam ex aliis non idoneis. Quod si Regulares id recto iudicio considerarent, nihil damni, imò multum utilitatis ex hac Constitutione sibi futurum cognoscerent, cum plurimum ab sit Religiosis esse sub tutela imperitorum, ac rudium Conservatorum.

Denique statuere, ut Conservatores debeant esse iudices Synodales, non est legem novam condere, sed jam conditam in hæresiam omnificatam Clem. VIII. in prædicta Constitutione. Quod si velimus statuere, ut Conservatores debeant solum habere qualitates *d. cap. statutum, five d. cap. fin. utique erit opus expressè derogare dictæ Constitutioni Clem. VIII.* Quod quidem erit absurdum, quia inconvenientia, quæ nuper irrepserunt, quæque alibi in dies oriuntur, justum est, ut præbeant potius causam restringendi hanc materiam Conservatorum, quam dilatandi, sicuti dilatabitur, si Constitutio Clementis reducat ad terminos Constitutionis Bonifacii.

Neque obstat quod nonnunquam Clem. VIII. dispensaverit, ut Conservatores possent eligi, licet non fuerint deputati in Synodo: nam non sequitur ut propterea Constitutio ipsa sit penitus abroganda, cum sit valde utilis, nec difficilis observata; opportunitum tamen erit in Constitutione promulganda Ordinarii locorum admoveantur, ut procurrent in Synodis designari quamplures poterunt ex habentibus qualitates *d. cap. statutum*, atque alias ad id idoneos, ut latius pateat facultas eligendi conservatores.

Postremò deliberandum esset quid agendum ubi non extant iudices Synodales, vel qui mortui sunt, vel quia Concilia non celebrantur. Licet in hoc verius videatur Regulares non esse obnoxios eo casu ad eligendos Conservatores ex iudicibus Synodalibus, sed posse observare dispositionem Constitutionis Bonifacii in dicto *cap. fin. de off. deleg. lib. 6.* ita ut Conservatores vel esse debeant in dignitate ecclesiastica constituti, vel personatum habentes, quia nulla est obligatio observandi formam, quæ sit impossibilis observata, sicut in simili obligatus eligere de gremio certi monasterii, vel Ecclesiæ,

potest

potest eligere aliunde, si nullus ibi reperitur cum qualitatibus requisitis, cap. *Abbare, in fin.* & ibi glot. *in verb. Persona idonea, & glot. in verb. Sed pene, quod nullus reperitur idoneus, de verb. signific. cap. In nomine Domini, & ibi etiam glot. in verb. Reperitur, 23. distin.* Hinc Sac. Congregatio Concilii cum in quadam Diececesi non esset nisi unus Doctor rudis, & imperitus, declaravit posse deputari in Vicarium Capituli Sede vacante etiam non Doctores, vel Licentiatum in jure Canonico, non obstante Concilii decreto in *6. 1. sess. 42.* sic etiam in partibus infidelium, ubi ejecto ab Infidelibus Parocho servari non potest forma in matrimoniis contrahendis ab eodem Concilio prescripta in *cap. 1. sess. 24. de reform. matrim.* Sanctissimus audita relatione Congregationis dixit, si alius Parochus, vel Sacerdos Catholicus in propinquo loco sit, coram ipso, & relictus contrahatur. Quod si id commodè fieri nequeat, contrahatur coram relictibus, & si fieri poterit etiam coram Notario; factis tamen privis utroque casu denunciationibus, & aliis fieri ut ex Concilio servandis. Ita ergo dicendum in proposito.

Tandem singulis articulis mature perpensis, atque à Sanctissimo approbatis, edita fuit à Sanctitate Sua Constitutio tenoris infra scripti videlicet.

Sanctissimus in Christo pater & D. N. D. Gregorius divina Providentia Papa XV. Ex certis rationabilibus causis animum suum movens, & de voto Ven. Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, partim sel. recor. Clem. Papæ VIII. prædecessoris sui vestigiis in herendo revocavit, ac nullas & invalidas decrevit omnes, & quascunque iudicum Conservatorum electiones, nominationes, seu deputationes tam in vim litterarum conservatoriarum juxta formam in Quinterno Cancellariæ descriptam, quam in vim quorumcumque privilegiorum perpetuo vel ad tempus nondum elapsum Apostolica autoritate cancellorum, seu alias quocunque jure vel titulo hæcenus factas pro quibuscumque Conventibus, Capitulis, Militiis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Congregationibus, Collegiis, Ordinibus, Monasteriis, Hospitalibus, aut aliis quibusvis piis tam secularibus, quam cujusvis Ordinis etiam Mendicantium, seu Instituti, vel Societatis regularibus locis quantumvis exemptis etiam de necessitate exprimendis, seu illorum personis cujusvis qualitatis, seu conditionis existant. In futurum verò Sanctitas Sua hac generali, & perpetuo valitura Constitutione statuit, & decrevit, ut Judices Conservatores hujusmodi five sint principales, five subrogati eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habeant qualitates requisitas, & descriptas in Constitutione similis rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris sui, quæ incipit *statutum*: ita ut vel dignitate ecclesiastica præditi, vel personatus obtinentes, vel Ecclesiarum Cathedralium Canonici existant; sed etiam in Conciliis provincialibus, aut diecesanis juxta decretum Concilii prædicti Judices electi, seu designati sint. Quodque deinceps litteræ conservatoriæ per Sedem Apostolicam concedendæ supra scriptis tantum dirigantur, et quæ litteræ aliter expedientur,

illæ, ac deputationes hujusmodi omniaque ex inde sequenda nullus sint roboris, vel momenti, et nihilominus qui secus, quam juxta formam superius præscriptam Conservatores hujusmodi cum effectu eligere, nominare, seu deputare, aut electis nominatis, seu deputatis uti aul fuerint, Regulares quidem voce activa, & passiva sint ipso jure privati, adeo ut habitationem a nemine præterquam à Romano Pontifice consequi valeant, reliqui verò aliis penis a arbitrio Sanctitatis live coercent, & prædictorum omnium conventus, monasteria, ac loca hujusmodi, eorumque persone & bona careant Conservatore ad annum, ita ut illorum causæ inter ea coram locorum Ordinariis dumtaxat cognoscant, ac diffiniri debeant. Cæterum ut latius pateat Conservatorum hujusmodi delinquentium facultas: Sanctitas sua admonitos voluit omnes locorum Ordinarios, ut in Synodis provincialibus, aut diecesanis quamplures personas ex habentibus qualitates in prædicta Constitutione ejusdem Bonifacii Prædecessoris contentas, alioquin ad id aptas designari procurrent, et aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli aut in eius locum usque ad futuram provincialem, aut diecesanam Synodum. Insuper Sanctitas sua inherendo hac in parte decreto similis rec. Gregorii Papæ XIII. etiam Prædecessoris sui statuit, & ordinavit, ut Regulares, ac persone hujusmodi in Italia infra duos, extra Italiam vero infra sex menses à die publicationis in Urbe præsentis Constitutionis inchoandos debeant sibi eligere, seu assumere Conservatores juxta formam superius propolitam, eique electionis, seu assumptionis documentum infra tempus hujusmodi penes acta Curie Ordinariorum exhibere, & dimittere teneantur, alioquin eo termino elapso quando Conservatores secundum formam præsentis Constitutionis non elegerint, coram eisdem Ordinariis conveniantur, quodque Conservatores hujusmodi semel legitime deputati nisi ex legitima causa à Sede Apostolica, aut locorum Ordinariis, prout iisdem Regularibus, & aliis supra dictis liberè approbata durante quinquennio à die deputationis amoveri, aut mutari nullatenus possint aut valeant. Ad hæc statuit Sanctitas sua, ut coram ipsis Conservatoribus regularibus, ac personæ supra scriptæ conveniri quidem, aut trahi debeant, sed alios convenire, aut trahere non possint, ita ut memorati Conservatores in causis, in quibus Regulares, & alii actores fuerint nullam prorsus jurisdictionem habeant, sed in eis tantum, in quibus rei existerint neque extra civitates seu dieceses in quibus fuerint deputati contra quoscunque procedere præsumant. Si qua verò inter Judices Conservatores hujusmodi, & locorum Ordinarios controversia super competenti jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma juris electos super jurisdictionis competentia fuerit iudicatum. Quod si qui Conservatores, live in hac parte five alias quomodolibet suos limites exceleserint, per annum ab officio Conservatoris hujusmodi suspensi sint, & pars, quæ hoc fieri procuraverit, sententiam excommunicationis incurrat juxta formam alterius Constitutionis ejusdem Bonifacii

cii

cii prædecessoris, quæ incipit: *Hæc Constitutione*, quam Sanctitas Sua in his omnibus, quæ præsentis Constitutioni non adverfantur, innovavit, & innovat. Per hoc tamen non intendit Sanctitas Sua prohibere quominus Regulares, & alii supra dicti in casibus à jure permisis petant iudicem non suspectum à Principibus seu Magistratibus secularibus, dum tamen hæc tria copulative concurrant, videlicet, ut Regulares, & alii prædicti sint actores, non autem rei, ut que agant contra laicum, non autem contra ecclesiasticum, vel alias de jurisdictione seculari exemptum, atque ut causa, in qua iudex deputatur, fuerit prophanæ, non autem ecclesiasticæ, & in ea juxta sacrorum Canonum dispositionem laicus ut præferret eligendus iudex competens existat. Quæ omnia, & singula in præsentis Constitutione contenta Sanctitas Sua voluit inviolabiliter observari, decernens sic in eis, exterisque omnibus promissis per quoscunque, & etiam sacri Palatii Apostolici Auditores, &c. nec non S. R. E. Cardinales sublata, &c. iudicari, &c. nec non irritum, & inane, &c. non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac litteris Conservatoris, quas omnes ad formam præsentis Constitutionis reduxit in favorem quorumcumque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, aut cujusvis alterius Instituti etiam necessario exprimendi, Collegiorum, Capitulorum, Ecclesiarum, Monasteriorum, ac Piorum quorumcumque tam secularium, quam Regularium locorum, nec non illorum etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis, quaque etiam ex causis, & titulo oneroso, indultis, & litteris Apostolicis, etiam marti magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, nec non irritantibus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis seu extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque tenoribus, & formis specialibus, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, præsentibus pro expressis habens, quibus quoad ea, quæ præsentibus adverfantur, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogavit ceterisque contrariis quibuscumque. Cæterum ut præsentis Constitutio facilius omnibus innotescat, Sanctitas Sua voluit, & mandavit, ut non solum in Cancellaria Apostolica, sed etiam ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe & in acie Campi Floræ publicetur, illiusque exemplum in iisdem locis affixa dimittantur, ac in quinterno Cancellariæ inter Constitutiones perpetuas describatur, & annotata

Prosp. Fagn. in 2. Decretal. Tom. 3.

tenetur. Placet, Publicetur, & describatur A. Lecta, & publicata fuit supra dicta Constitutio in Cancellaria Apostolica ab altero ex RR. PP. DD. majoris Præsentis Abreviatoribus die 20. mensis Septembris anno Incarnationis Dominicæ 1621. Pontificatus vero prælibati Sanctissimi D. N. D. Gregorii Papæ XV. anno primo.

Et postmodum die, & anno supra dictis in quinterno ejusdem Cancellariæ inter alias Constitutiones Apostolicas descripta, & annotata fuit.

Nicolaus Orlinus Proculstos,

In Dei nomine Amen. Anno à nativitate D. N. Jesu Christi 1621. indictione quarta, die vero 20. Septembris Pontificatus Sanctissimi in Christo P. D. N. D. Gregorii divina Providentia Papæ XV. Pontificatus sui anno primo retro scripta Constitutio Apostolica affixa, ac publicata fuit in valvis Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ per me Augustinum Braccherium Apostolicum Cursorem, Octavium Spada Magistrum Cursum.

Post editam Constitutionem emanavit in sacra Congregatione declaratio infra scripti tenoris videlicet.

Illustrissimi, & Reverendissimi DD.

Gregorius Papa XV. sel. recor. in sua Constitutione de Conservatoribus statuit, & decrevit, ut in futurum à Regularibus eligi non possint in Conservatores nisi Judices in Conciliis Provincialibus, seu diecesanis designati sub penis & censuris in dicta Constitutione contentis.

Quibus stantibus Patres Societatis Jesu, qui in Indis, & aliis locis degunt, in quibus Archiepiscopi, seu Episcopi Synodum congregare non curant, vel si congregant, Judices Synodales non eligunt, supplicant humiliter DD. VV. Illustrissimis ut dignentur declarare, si in tali casu possint uti privilegiis à sancta Sede apostolica antè dictam Constitutionem concessis.

Die 17. Augusti 1628. Sacra Congregatio Illustr. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum censuit Episcopos quamprimum diecesanam Synodum omnino celebrare teneri, & interim in civitatibus & diecesibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio provinciali aut diecesano designati, licere Regularibus servata in reliquis forma Constitutionis sel. rec. Gregorii XV. hac de re edita, Conservatores nominare, habentes qualitates à jure requisitas. Quorum tamen Conservatorum facultas eo ipso expiret, cum primum hujusmodi Synodus celebrata sit eaque Judices designati extiterint.



DE FORO COMPETENTI.

Cap. Verum.

SVM MARIVM.

- 1 Feudi Dominii sive ecclesiastici, sive secularis causam feudalem cognoscit etiam si vasalli sint Clerici, & n. 10. & 12.
- 2 Et si plures prætendantur Domini, non potest unus cognoscere, maxime alio absente.
- 3 Clericus potest esse vasallus ne dum Ecclesia, sed etiam laici ratione feudi obtenti.
- 4 Capitulum Sede vacante non succedit in iurisdictione Episcopo competente ratione feudi, nisi feudum esset commune Episcopo, & Capitulo. n. 8.
- 5 Succedit in his, quæ competunt de iure communi, non autem in his, quæ competunt de iure speciali, nisi hæc communiter spectent tam ad Episcopum, quam ad Capitulum. n. 7.
- 6 Potestas devolvitur ab Episcopo ad Capitulum in his, quæ ad Episcopum pertinent proprio iure, secus vero si ex quodam iure accidentali, puta, iure devoluto propter negligentiam Clericorum.
- 7 Cap. Unicum, Ne Sede vacante, lib. 6. locum habet non modo in collatione beneficiorum, sed etiam in alijs, quæ spectant communiter ad Episcopum, & Capitulum.
- 8 Feudi Dominii, licet secularis, iurisdictionem habet in vasallos suos, etiam si sint Clerici.
- 9 Prepositi quandoque sunt vere laici.
- 10 Baronis si concedantur in feudum, de his Dominus feudi etiam laicus quantumcumque vilis, & rusticus cognoscit inter vasallos etiam Clericos, secus si donentur Ecclesie simpliciter. n. 16.
- 11 Feudi Dominii est iudex ordinarius in causis feudaliibus.
- 12 Et quamvis sit laicus, potest sententiam exequi etiam contra Clericum vasallum sine metu excommunicationis. Dummodo tamen in personam Clerici manus non ingrat. n. 15.
- 13 Executio sententia feudalis per laicum contra Clericum resistens fieri potest realiter, non personaliter.
- 14 Baronia si donentur Ecclesie simpliciter, Princeps donator laicus nullum habet in Ecclesiam iurisdictionem.
- 15 Et Ecclesia in nullo tenetur donatori, nec etiam ad maneræ, quæ prius habebat Baronia.
- 16 Sed tamen ad munera, quæ donator sibi retinuit in donatione, dummodo sint honesta.
- 17 Donans simpliciter, omnia iura sibi competentia concessisse videtur.
- 18 Res Ecclesie donata Sanctum est Sanctorum Domino, nec subest nisi auctoritati iudicis ecclesiastici, & in ea sacrilegium committitur.
- 19 Fiscus Regni Ducatus Mediolani nihil potest prætendere, nec Magistratus extrinsecus ullam iurisdictionem sibi vindicare in bonis à Ioanne Galeatio donatis Monasterio Carthusiæ Papien. & n. 3. q. 1. que in fine.
- 20 Carthusiæ Papien. habet dominium, non nudam administrationem bonorum sibi donatorum à

- 10, Galeatio Duce Mediolani, cum onere tamen distribuendi in pauperes annuos forenos decem mille auri, & n. seqq.
- 21 Et eorum augmentum spectat ad Carthusiam, non ad pauperes, vel quoscumque alios.
- 22 Feudali questio eo ipso, quod reus negat rem esse feudalem, coram Ordinario ipsius rei terminanda est.
- 23 Casus semel effectus Curialis nunquam exiit de Curia nisi Papa illam delegerit, vel ad Ordinarium remittat.
- 24 Delegatus à Papa si est mortuus, Ordinarius se intermittere non potest.
- 25 Delegatus à Papa etiam si nulliter procedat, causa revertitur ad Delegatum.
- 26 Causa civilis, & criminalis ad Ecclesiam Cathedrali spectantes ratione domini, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, an comprehendantur decreto Concilii Tridentini c. 20. tit. 24. & n. seqq. usque in finem.
- 27 Feudum an sit ecclesiasticum, vel secularis, attenditur prima causa concessionis in iudicio, & n. 32.
- 28 Quomodolibet dictio quid importet, & n. 32.
- 29 Iurisdictione cumulativa Episcopi, & inferioris, pertinet ad utrumque in prima instantia, & est locus præventionis.

VERUM. Dominus feudi sive ecclesiasticus sit, sive secularis causam feudalem cognoscit. Sic summat Joan. Andr. Bel. lam. Butr. & communiter DD. sed secundum Abb. Marian. Socin. & Felin. magis evadendo substantiam Cap. & clarificando litteram hoc intendit. Per Dominum feudi secularis, sive ecclesiasticum questio feudalis terminari debet, etiam si vasalli sint Clerici. Et si plures prætendantur Domini, non potest unus cognoscere, maxime alio absente, an feudum ad se pertineat. Primo ponitur casum, Secundo determinatio in certum casum, ibi statimus. Tertio in alium casum, ibi, alioquin.

Nota primò ibi, ad versus Præpositum, secundum unum intellectum, secundum quem iste Præpositus erat Clericus, & erat Præpositus eiusdem Ecclesie Cathedralis, ut voluit Host. hic n. 5. in ver. Præpositum, quod Clericus potest esse vasallus nedum Ecclesie, sed etiam laici ratione feudi obtenti, ad quod facit cap. Solitas, supra de major. & obedient. Abb. hic n. 2. & Marian. Socin. in 1. notab.

Secundo nota ibi, Ex quo Episcopus fuerit in Ecclesia consecratus. Capitulum Sede vacante non succedere in iurisdictione Episcopo competente ratione feudi, ut hic notat Bernard. post casum, Quod singulariter menti commenda ad limitationem eorum quæ habentur in cap. Cum olim, & c. illa qua, supra de major. & obedient. nam ut dicitur Hostien. hic numer. 5. in ver. Episcopus, & Joan. Andr. numer. 9. licet Capitulum succedat in iurisdictione generaliter, ut in dictis iuribus, non tamen succedit in iurisdictione feudali, ne Episcopus vasallum habeat, quem habere nollit, sicut nec in beneficiorum collatione, ut cap. Illa, infra, Ne Sede vacante, & sic iura præallegata locum habent in his omnibus quæ competunt Episcopo de iure communi, non autem in his, quæ competunt ei de iure speciali, ut

- ut hic per Abb. num. 9. Et facit secundum eum, quod notat Innoc. in cap. Cum in canonicis, num. 7. supra de elect. ubi dicit potestatem devolvi ab Episcopo ad Capitulum in his tantum, quæ ad Episcopum pertinent proprio iure; secus vero si ex quodam iure accidentali, puta iure devoluto propter negligentiam Clericorum; quia tunc non ad Capitulum, sed ad proximum Superiorem devolvitur hæc potestas, arg. cap. Ne pro festo, de elect. & secundum Innoc. ratio diversitatis est, quia in his, quæ ad eos pertinent proprio iure, major est inter ipsos conjunctio, quam in alijs, quæ aliunde obveniunt, arg. c. Requisisti, §. Secus, infra de testam. & eum sequitur Joan. Andr. in cap. Quamquam, num. 1. vers. Item devolutus, de elect. lib. 6. Et idem notat Archid. in cap. 1. num. 3. Ne Sede vacante, eodem lib.
- 30 Ceterum hæc non procedunt quando ea, quæ competunt Episcopo de iure speciali, spectant communiter tam ad Episcopum, quam ad Capitulum. Unde si feudum non esset de mensa solius Prælati, sed esset commune Episcopo, & Capitulo, tunc Capitulum cognosceret Sede vacante, cap. Vnico, Ne Sede vacante lib. 6. secundum Joan. Andr. hic d. num. 6. vers. Puto tamen quod si feudum esset commune, Abb. numer. 8. & 9. vers. Et nota ex dictis, qui ex hoc notabiliter deducit, ut dispositio d. cap. Vnico, Ne Sede vacante, lib. 6. non sit specialis in collatione beneficiorum, sed locum habeat etiam in alijs spectantibus pariter ad Episcopum, & Capitulum, quod semper nota.
- 31 Tertio nota ibi, Imperiali beneplacito, sicut iustum fuerit, relinquatur, Dominum feudi licet secularis habere in vasallos suos ratione feudi iurisdictionem ordinariam, etiam si vasalli sint Clerici, ut hic per Abbatem, n. 5. quod clarè probat hæc Decretalis intelligendo quod ille Præpositus erat Clericus, & habebat dignitatem Præposituræ in quadam Cathedrali, ut in cap. 1. supra de arate, & qualitate, iuxta intellectum Host. hic n. 5. Contrarium tamen tenet Archid. in c. 1. in 2. col. post medium in ver. Condemnari, de Cleric. conjug. lib. 6. ubi sequens opinionem Hugonis mordicus defendit laicum feudi Dominum non esse iudicem competentem in questione feudali contra Clericum vasallum, & contrariis respondet, & intelligit Præpositum, de quo loquitur hoc cap. fuisse merè laicum, ut quandoque contingit in quibusdam locis, ut est Janua, ubi vocatur Abbas, & est purus laicus; & potest etiam figurari exemplum in Præpositis Florentinis, qui assumuntur ex eorum Prioribus, qui similiter sunt puri laici. Idem sentiunt Goffred. in c. 1. infra, Ne Sede vacante, & Abb. Antiquus hic in princip. dum dicunt hunc Præpositum fuisse officialem Ecclesie, & vasallum, non tamen Clericum. Sed intellectus Hostien. est communior, ut inquit Cardin. hic numer. 1. in 1. oppositio, & Butr. numer. 11. vers. Hostiensis tenet primum, quem etiam dicunt esse magis notabilem, & communiter approbari Imol. num.
- 32 2. & Mar. Soc. in 1. notab. Itaque, ut dicit Innoc. hic n. 2. si Principatus, vel Comitatus, vel Castellania, vel alia huiusmodi concedantur in feudum, de his Dominus feudi etiam laicus, quantumcumque vilis, & rusticus cognoscit inter vasallos, etiam Clericos, cum sit iudex ordinarius

in causis feudaliibus, per legem Federici, ut in c. Imperatorem de prohib. feud. alterat. Federici. in usus feudor. Quinimo secundum Innoc. hic in princip. Laicus potest etiam contra Clericos vasallos suam sententiam exequi, nec propterea incidit in excommunicationem, si eos resistentes compellat, arg. cap. Olim, primo, infra de restitu. spo. litar. Sed, ut inquit Joan. Andr. hic n. 1. hoc dictum Innoc. committit non approbatur, quod in personam Clerici iurisdictionem habeat privatus, vel rusticus, qui in causis feudaliibus iurisdictionem habet, ut sine pena excommunicationis, possit manus mittere in Clericum contra Regulam Canonis, si quis suadente, 17. q. 4. & pro opinione Joan. Andr. facit quod can. Si quis suadente, non interpretatur per leges feudorum, sed per alios canones, ut inquit Martinus de Selva hic relatus à Bellam. n. 2. in 1. quibusdams quod ita tenebatur communiter per omnes lectores. Similiter Abb. hic n. 24. dicit se tenere opinionem Joan. Andr. tanquam tutiorem & veriorem, ut non possit laicus exequi vim inferendo in personam, sed licet cognitio de crimine sit per iudicem ecclesiasticum ita & compulsio. Et eodem modo Felin. nu. 5. dicit veriorem esse opinionem, quod in executione sententiarum feudalis Clericus violentari nequeat. Venit tamen secundum Anton. de Butr. hic n. 11. col. 5. post principium, salvari potest dictum Innocentii, ut Laicus possit quidem Clericos vasallos repellere, non tamen tangendo personam, sed terrendo armis, vel colonos tenentes pro eis veniendo à possessione feudi, quia per hoc non venit contra Canonem, si quis suadente, quasi Innocentius velit, ut laicus possit contra Clericum vasallum facere executionem realem, sed non personalem. Pro qua distinctione vide quod scripsi in cap. Vnico, n. 6. §. 7. supra de obligat. ad ratiocin. vel aliter distingue ut hic per Bellam. in 1. quest. cum quo concordat Petr. de Anchar. numer. 7.

Sed quid si Baronis prædictæ, id est Principatus, Comitatus, Castellania, & alia huiusmodi à Principe concedantur Ecclesie non in feudum, sed simpliciter, numquid Princeps donator Laicus, & temporalis habeat iurisdictionem in ecclesiam ratione bonorum sic donatorum? Innoc. hic n. 2. sentit non habere. Sic enim ait (Si Baronis prædictæ non concedantur in feudum, sed simpliciter, tunc Ecclesia in nullo tenetur donatori nec etiam de alijs muneribus, quæ prius habebat Baronia) allegat cap. Cum dilecti, infra de donat. Ad hoc c. Pastoralis, col. tit. & cap. 1. de cens. Subdit tamen, quod si in donatione Baroniae donator aliqua munera retinuit, illa præstentur dummodo sint honesta, ut notatur in cap. Non minus, infra de immunit. ecclesiast. Sed donatio simpliciter, omnia iura ipsam rangentiam concessit, & remississe videtur. Et paulò infra in ver. Sed nos contra credimus, Cum, inquit, rerum iharum dononium sit Ecclesie quantum sit, Sanctum Sanctorum est Domino, & ideo non subest, nisi auctoritati iudicis ecclesiastici, quia sacrilegium in eis committitur, cap. Nulli liceat, & cap. seq. 12. qu. 2. & notatur in cap. Cum sit generale, infra eodem. & cum Innoc. concordant hic Host. num. 1. circa fin. vers. Sin autem dicta Baronia. Jo. Andr. numer. 3. Collectar. eod. numer.

Butt. n. 1. in fin. vers. Hac omnia procedunt, num. 25. circa medium. vers. Sed nunc quero, & Bellam. n. 6. in 3. quass. dicens hac esse perpetuo menti commendanda, quia valde faciunt pro Ecclesiis, & contra Dominos temporales, videlicet quod si dicit Rex. ecclesia sita est in Regno meo cum tota temporalitate ipsius, & dotata in totum a primogenitoribus, & prædecessoribus meis, igitur a me ipso tenet suam temporalitatem in feudum, & ratione illius tenetur mihi Episcopus fidelitatis juramentum prestare: munera, seu onera hujusmodi in prima donatione, seu donatione non intelliguntur in dubio fuisse comprehensa, non patet ex dictis, & probatur secundum eum in cap. Romana, §. Debet, de appellat. lib. 6.

21 Et ex prædictis inferitur, ut Regius Ducalis sificus Mediolani nihil possit pretendere in bonis immobilibus, quæ Joan. Galeatius Vicecomes Dux primus Mediolani, Comes virtutum appellatus, donavit Priori, & Conventui Domus B. Mariæ Gratiarum prope, & extra muros Civitatis Papie Ordinis Carthusiensium cum hoc, ut ex eorum fructibus idem Prior, & Monachi constituerent Monasterium, & ecclesiam ejusdem Ordinis, & hoc pacto tenerentur quotannis florenorum decem millia auri pauperibus egenis laicis distribuere: non enim dedit hujusmodi bona in feudum, sed donavit simpliciter, ut patet ex verbis donationis ibi (Inter vivos prædictus Dominus Joan. Galeatius fecit, & facit puram, meram, simplicem, & irrevocabilem donationem, &c.) et propterea Magistratus Regiorum Ducatus reductum extraordinarium status Mediolani per diffinitivam sententiam in contradictorio judicio latam anno 1569, declaravit bona, ut præfertur donata, pertinere, & spectare jure domini ad prædictum Monasterium virtute hujusmodi donationis cum onere tamen expensarum, & erogationis faciendæ singulis annis, prout in ipsa donatione continetur, nullumque jus fisco Regio Ducali competere in, & super prædictis bonis, nec ad eas; proinde quoque ipsum Monasterium esse absolvendum a petitis per prædictum fiscum, eique fisco perpetuum silentium imponendum: & post triginta ei reciter annos re iterum ad eundem Magistratum delata, emanavit decretum, Non esse manum apponendam, quia agit de re judicata. et subinde sub Pio V. & Gregorio XIII. a Cardinalibus Bobba, Alciato, & Aquaviva iudicibus delegatis emanavit sententiam, qua diffinitum fuit, dominium, & proprietatem omnium, & 23 quorumcumque bonorum hujusmodi, ac omne, & quodcumque commodum, & incommodum ex illorum augmento, vel diminutione ad dictum Priorem, & Conventum, non autem ad pauperes, vel quoscunque alios legitime spectare, atque ipsi Priori, & Conventui adjudicanda fore, & esse quotannis summam dictorum decem millium florenorum auri in usus pauperum impendere. Quæ quidem sententia ab eodem Gregorio XIII. ex certa scientia, & cum insertione tenoris fuit confirmata sub die 10. Augusti 1574. Manifestum est igitur in bonis simpliciter, ut supra donatis, non autem in feudum concessis Regium Ducalem fiscum non posse aliquid jus pretendere, nec Magistratum extra-

ordinarium in eis ullam sibi jurisdictionem vendicare ex præallegata theoria Innocentii communiter recepta.

24 Præterea etiam ageretur de questione feudali, tamen cum controversia sit super jure, seu dominio directo ad Dominum spectante, & actor allerat se Dominum feudi; reus autem neget contendens rem esse allodiam, actor sequi debet forum rei, nec potest cognoscere is, qui dicit se Dominum, ne alias sit iudex in causa propria, ut C. Ne quis in sua causa, in rubro, & nigra. Et eo ipso quod reus conventus negat rem esse feudalem, hæc questio tanquam præjudicialis prius terminanda est coram loci Ordinario, arg. cap. Tuam, infra de ordin. cognit. & §. Præjudicialiter Infruct. de action. & firmat notabiliter Innocentius in cap. Ceterum, numer. 2. circa finem vers. Et eodem modo, supra de iudicio. Cum quo concordant ibi Hostien. in princ. & numer. 6. vers. Alij tamen dicunt. Joan. Andr. n. 2. & num. 4. vers. Nam si reus, Bellam. num. 4. col. 4. post medium, vers. In secundo casu. Abb. numer. 20. circa finem, vers. Aut negatur, & communiter omnes, ut ibi dixi in secunda declaratione, n. 13.

25 Quibus demum accedit, quod cum hæc causa effecta sit Curialis, & Cardinalia, & in ea Pius V. & Gregor. XIII. per delegationem, & confirmationem sententiæ manus apposerunt, & diversâ rescripta sub Paulo V. & Urbano VIII. emanaverunt, etiam instantibus Ministris Regiis sola Curia cognoscere, & ligatæ sunt manus quorumcumque inferiorum, cap. V. nostrum, de appellat. & notat Bald. in l. Si ut proponis, prima n. 12. C. Quomodo, & quando iudex, ubi quærit: si Papa delegavit causam, & delegatus est mortuus, utrum Ordinarius possit se introumittere: & respondet non posse, sed solum Papam, licet delegatio sit consumpta allegat Archid. in §. Hæc ita 34. q. 2. in Apollia, quæ incipit, Adde, ibi (Et licet nota, quod causa, quæ semel est in Curia Romana nunquam exhibi, nisi Princeps debeat, vel causam remittat ad Ordinarium.) Quod secundum eum est notatu dignum: & ad hoc facit illa lex, & c. Pastorale, §. Præterea, supra de offic. Ordinar. Sequitur Decius conf. 699. Accepi reverenter, numer. 13. & Covarr. Practicar, quass. 9. num. 5. vers. Primum sane, & ita se habet Stylus Curie, ut notat Dec. d. conf. 699. n. 3. vers. Et ista conclusio, ubi allegat Rotam decis. 10. de dolo, &

27 Quomodo etiam iudices delegati nulliter procederent, nihilominus causa revertitur ad Papam delegantem, & indignum esset, ut revertitur ad inferiores, ex quo Papa apponit manus: nam flumina ad locum unde exeunt revertuntur. Quæ sunt formalia verba Innocentii, in cap. Inter dictos, numer. 4. vers. Sed nobis videtur contra, de excess. Pralat. cum quo concordant ibi Doctores. Roman. conf. 335. Circa primum, numer. 6. Dec. d. conf. 699. n. 13. & ita resolutum in Congregatione a Sanctissimo specialiter deputata die 14. Martij 1650.

28 Ex factis questum est, an causæ civiles, & criminales ad ecclesiam Cathedralē spectantes ratione directi domini, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, comprehendantur decreto Concilij, cap. 20. sess. 24. adeo ut in prima

ma instantia cognitio hujusmodi non sit per Nuntios, vel Legatos de latere ab Episcopo advocanda.

Ex parte Episcopi Sarinatenfis fuit aliàs propositum suprascriptum dubium in sacra Congregatione Concilij, quod tamen minimè fuit resolutum ex eo, quod de aliquibus in factis dubitaretur, quæ nunc ex infrascriptis declarata, & patefacta esse existimantur: nam anno 1016. Corradus Imperator, & anno 1116. Federic. II. donarunt liberè, seu in dotem pleno jure concesserunt Ecclesiæ Sarinaten, nonnulla Castra cum omnibus pertinentijs suis, ac mero, & mixto imperio, nullâque penitus sibi ipsis reservatâ in eis jurisdictione. Unde Episcopi Ecclesiæ Sarinatenf. ab eodem tempore citra in dictis Castris, & in personis sibi subditas semper exercuerunt iura mero, & mixti Imperij, prout nunc etiam exercent in aliquibus eorundem, inquirendo, condemnando, consilicando, absolvendo, & similia faciendo, quæ ab alijs Principibus non recognoscit Superiori fieri consueverunt. Ex his autem Castris per dictos Imperatores, ut supra eidem ecclesiæ concessis, Episcopi pro tempore aliqua postmodum a mensa episcopali alienarunt in feudum concedendo, quæ nunc etiam reperiuntur infeudata, in quorum directo dominio feudatarij eadem castra retinentes recognoscunt Episcopum Sarinatenf. ac ei debitum Canonem persolvunt. Verum in cæteris jurisdictionalibus, & in his, quæ concernunt administrationem subditorum, minimè patiuntur Episcopum prædictum se introumittere: quo fit, ut causas appellationis, recursus, five querelæ per subditos ad ipsum Episcopum tanquam ad Dominum directum interponat, ad eundem deferri minimè permittant. Nec de molestijs, & gravaminibus per ipsos feudatarios subditis inferri solitis, Episcopum ipsum cognoscere volunt, cum tamen ad eum jure feudi talis cognitio spectet secundum ea, quæ superius dicta sunt. Sed ad evitandam ipsius Episcopi jurisdictionem, & censuram feudatarij prædicti statim atque cognoscit suos subditos ad Episcopum reclamasse, habent recursum ad Legatum, seu Prælatum pro tempore ipsius Provincia; obtinentesque dicto Episcopo causas dictorum subditorum ad ipsum legitime devolutas, five per eos coram ipso legitime introductas avocari, & simul inhiberi, ne cognitionem hujusmodi causarum prosequatur, easque coram dicto Legato introducat. In quibus Episcopus ipse sentit se gravatum, præterens dictas causas se minimè avocandas stante decreto Concilij sess. 24. cap. 20. Sed in prima instantia coram se cognoscendas, & terminandas, quasi causæ hujusmodi ad forum ecclesiasticum pertineant, atque ecclesiasticæ dici posse videntur; ex quo ratione feudi ecclesiastici Episcopus earundem assequitur cognitionem; quod Episcopus nittitur suadere ex infrascriptis.

29 Primum, quia feuda, de quibus agit, & quæ tenet Ecclesia Sarinatenf. sunt ecclesiastica, ut ex dictis constat: & hic notat Abb. nu. 25. & 26. ubi ad exponendum an feudum, in quo se introumittit ecclesia, sit ecclesiasticum, vel seculari, dicit attendendum an esse primam causam concessionis feudi; si enim ecclesia reat aliquid

in feudum ab aliquo Principe seculari, tale feudum dicitur seculari, & si ipsa ecclesia hujusmodi feudum concedat alteri, non per hoc ille dicitur vassallus ecclesiasticus, sed secularis, & jurisdictione, quam habet Ecclesia in ipsum, vel in subditos ipsius vassalli, non dicitur ecclesiastica, sed secularis, quia tunc cognoscit non tanquam Episcopus, sed tanquam Dominus feudi: si autem feudum, quod ab ecclesia in alium etiam laicum translatum est, originaliter & primò ab ipsa ecclesia processerit, nec ipsa ecclesia de eodem feudo aliud recognoscit Superiorem: quod facile contingere potest, ut scilicet ecclesia habeat quæ concedere possit in feudum contentia etiam jurisdictionem, & in quibus nullum alium recognoscit Superiorem, puta si Baronia, vel alia res similes fuerint, vel pro dote, vel simpliciter, & non in feudum concessa ecclesijs ab aliquibus secularibus, quæ in totum un patrimonium ecclesiasticum iudicantur, & in nullo tenetur ecclesia donatori: & hæc si concedat ecclesia in feudum, tale feudum dicitur ecclesiasticum, & jurisdictione per omnia erit censenda ecclesiastica, ut latius per eum. Et hoc casu si appellandum sit, appellatur ad Superiorem ecclesiasticum, c. Romana, §. Debet, de appellat. lib. 6.

Cum igitur feuda, quæ habet Ecclesia Sarinatenf. originaliter ab ipsa processerint, & in eis nullum alium recognoscit Superiorem, ex quo sunt bona, quæ sic liberè in dotem fuerant assignata, nec in aliquo donatori respondet: sequitur ut ecclesiastica omnino sint iudicanda. Si igitur ecclesiastica sunt, & causæ, de quibus agitur, quæ nomine ipsorum veniunt cognoscendæ, sunt, & dici debent ecclesiasticæ ad text. in c. Si annuum, de iud. lib. 6. & tanquam ecclesiasticæ ad forum ecclesiasticum pertinere dici possunt, c. Decernimus, de iudic. Ergo dispositio Concilij de talibus causis loquentis in prædictis etiam sibi locum vendicabit.

30 Et confirmantur prædicta ponderando dictionem illam, quomodo libet, positam in decreto Concilij, quæ universalis est glossa in c. In demeritibus, §. 1. in ver. Quomodo libet, de elect. lib. 6. Gemin. conf. 115. Super dubio, num. 6. & comprehendit omnes modos tam directos, quam indirectos. Glossa in Clem. 2. in ver. Quomodo libet, de sentent. excommunicat. & five pertineant de jure communi, five de jure speciali. Rot. d. 614. num. 2. par. 2. rec.

Pro solutione questionis videtur sic distinguendum: nam aut questio est cum investito ab Ecclesia, aut cum altero Ordinario: si cum investito, Ecclesia est iudex competens in contentibus feudum ad tradita in leg. Imperialem, de prohib. feudi alien. per Frederic. in usus feud. In autem infeudata esset etiam jurisdictione in loco, illa censetur concessa cumulativè, ita ut sit locus præventioni, ut in c. Pastorale, de offic. Ordinar.

Et in similibus terminis quando Episcopo competit jurisdictione cumulativè cum inferiori, S. Congregatio neutrum excludit à prima instantia, quamvis decisio expressa super hoc non emanaverit. Cæterum cum dubium proponatur de causa feudali, etiam Episcopus sit iudex competens in prima instantia, eo quod feudum sit ecclesiasticum.

clericalium secundum ea, quae superius dicta sunt: Episcopus tamen illam non cognoscit tanquam loci Ordinarius, sed tanquam Dominus feudisac proinde non videtur esse locus decreto Concilij in d. 1. 20. quod mandat, ut causa ad forum ecclesiasticum pertinentes coram Ordinarijs locorum cognoscantur, & terminentur, ut ex infra dicendis patebit. Si quaestio est cum altero Ordinario, veluti si castra infeudata sint in diocesi aliena, puta jurisdictionem competentem ecclesiae ratione sui domini directi non prejudicare locorum Ordinarijs in alijs causis ecclesiasticis sive civilibus, sive criminalibus, praeterquam in ijs, quae concernunt feudum, & secundum leges feudales terminanda sunt. Nec suffragatur ecclesiae dominæ feudi decretum Concilij, tum quia loquitur de causis ex sui natura spectantibus ad forum ecclesiasticum, cuiusmodi sunt causae spirituales, vel quasi spirituales, ut declarat Covar. pract. quæst. cap. 35. nu. 2. Maran. 4. part. disp. 1. 3. cum quia forum ecclesiasticum a foro feudali longe distat. Unde sicut ecclesiasticus ratione feudi cognoscit contra laicum; ita laicus contra Clericum feudatarium in questione feudali, ut ostensum est supra num. 10. Tum quia verba potius accipienda sunt simpliciter, quam secundum quid, Bart. in l. hoc legatum ff. de legat. 3. Ergo textus in cap. 20. loquens de Ordinarijs locorum non est intelligendus de habentibus jurisdictionem ordinariam ratione feudi, quae appellatur specialis, & est restricta ad certas causas, maxime cum sit superinducta, & quatenus praedjudicat Ordinarijs, restringenda ad gloss. in Clem. ultim. in ver. Nolimus, de offic. Ordin. Quare hic casus velut omnis relinquatur dispositioni juris communis, & legum consuetudinumque feudalium.

Non obstat ponderatio dictionis, quomodo loquitur: nam etiam universalis sit, tamen restringitur ad subiectam materiam, & distribuit illos modos, quibus causae ad forum ecclesiasticum pertinere dicuntur, quales non sunt hæc, de quibus agit ad textum in l. Si uno, in princ. ff. locat. Cum similibus, ut per Alex. in conf. 35. V. o. processu, nu. 10. & 11. lib. 4.

Itaque ad propositum dubium videtur absolute respondendum causas civiles, & criminales ad Ecclesiam Cathedralis spectantes ratione directi domini, quod habet in bonis ab ea in feudum concessis, non comprehendit in decreto dict. cap. 20. sess. 24. Concilij Tridentini: & ita S. Congregatio censuit.

DE FORO COMPETENTI.

Cap. Licet, ille secundo.

SVM MARIVM.

Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, competit tamen sibi ex causa jus revocandi domum.

Forum quod sortitur in cuius territorio delinquit, licet alias sit subiectum non sit.

- 3 Locus an attendatur ubi delictum est inchoatum, an ubi est consummatum quoad effectum sortiendi forum.
- 4 Iudex delicti an possit citare extra territorium. & n. 15.
- 5 Forum quod sortitur in loco, ubi contrahit, vel fingitur contraxisse.
- 6 Forum ut quis sortitur ratione contractus qua requirantur. & n. 15. & seq.
- 7 Contrahens cum transeunte quando possit eum venire in loco celebrati contractus.
- 9 Forus domicilij dicitur proprius, & naturalis forus.
- 10 Diocesis appellatio in dubio comprehenditur diocesis domicilij.
- 11 Subiectus proprie non dicitur qui subest potestati delegata.
- 12 Ordinarius domicilij potest procedere contra subditum, licet absentem, & eum citare tam quoad effectum rem concernentes, quam personam.
- 13 Citationis executio non est actus iudicialis, ideo potest per nuntium exerceri, etiam extra territorium.
- 14 Ordinarius domicilij potest contra absentem procedere etiam ad sententiam excommunicationis.
- 15 Ordinarius delicti, vel contractus non potest procedere contra absentem quoad effectum personam concernentes; potest tamen procedere contra bona, si in suo territorio reperiantur, & num. seqq.
- 16 Citatus extra territorium ab Ordinario delicti dicitur contumax, cum non teneatur comparere.
- 17 Iudex contractus non potest absentem directe de debito condemnare, nisi reus esset preventus, vel ibi aliquando comparuisset.
- 18 Iudex contractus potest contrahentes citare extra locum, & diocesim contractus.
- 19 Citatio iudicis contractus non constituit absentem in contumacia, quoad hoc ut possit excommunicari, vel multari, sed tantum quoad hoc, ut possit missionem pati.
- 21 Forum quod sortitur ubi res litigiosa sive illius possessio sita est, sive res sint mobiles, sive immobiles.
- 22 Roma quilibet Clericus, aut etiam laicus in causis ad forum Ecclesiae spectantibus conveniri potest, licet alias ibi specialiter forum non sortiatur.
- 23 Papa est iudex Ordinarius singularium.
- 24 Jus revocandi nomen quid sit, & an reversus teneatur cavere de iurisdictione: & quid observet Roma.
- 25 Clericus an possit in Curia Romana conveniri in prima instantia, non ostendit decreto Concilij Tridentini in c. 20. sess. 24. & n. seq. usque in fin.
- 27 Vagabundi, qui certum domicilium, vel habitationem non habent, sortiantur forum ubi reperiantur.
- 28 Forum sortiendi quinquaginta duo modi numentur a speculatore.
- 29 Papa non solum est Episcopus universalis Ecclesiae, sed etiam Archiepiscopus Urbis Romae, & Romanae Ecclesiae Episcopus.
- 30 Causae, quae secundum Canonice sanctiones in Curia sunt tractandae, & ab Ordinario cognosci non possunt in prima instantia, quae sint, & num. seq. usque in fin.

Causa

nem prorogare & excludit principalem a beneficio Eugéniana, 55 Decreto irritanti a partibus renunciari non potest nisi tantum privatam respiciat utilitatem.

- 31 Causae beneficiorum reservatorum sunt cognoscendae apud sedem, & sunt de exceptis a Concilio sive emergant principaliter, & directe, sive incidenter.
 - 32 Reservato aliquo casu Papa, consecratur etiam reservata illius cognitio.
 - 33 Causae executivae vigore obligationis Cameralis, aut litterarum Apostolicarum non sunt de comprehensis a Concilio in c. 20. sess. 24.
 - 34 Causa in prima instantia est cognoscenda in Curia ubi Papa providit de beneficio ut reservato, vel alias, & Ordinarius providit ut de spectante ad suam collationem.
 - 35 Concilium Tridentinum in c. 20. sess. 24. nihil imminuit Sedis Apostolicae auctoritatem in causis cognoscendis.
 - 36 Causae ad Curiam devolutae semper sunt exceptae decreto cap. 20. verfi. Ab his excipiuntur, sess. 24.
 - 37 Causae ad Curiam devolutae quae dicuntur.
 - 38 Causa de consensu Episcopi non potest in prima instantia in Curiam introduci, nisi partes etiam consentiant.
 - 39 Declaratur.
 - 40 Curialis si conveniatur in partibus coram loci Ordinario, an possit opponere declinatoriam, & petere ut causa ad Curiam remittatur, & n. seq. usque in fin.
- Quid de iure communi, n. 41.
Et quid vigore Eugéniana, n. 43.
- 41 Actor habet electionem conveniendi reum plures iudices habentem sub quo maluerit iudice.
 - 42 In foro domicilij, vel originis, aut contractus, vel delicti an, & quomodo Clericus absens conveniri possit.
 - 43 Eugéniana Constitutio eximens Curiales ab Ordinariarum jurisdictione comprehendit tam laicos, quam Clericos.
 - 44 Est favorabilis, & pro tutela Curialium.
 - 45 Suffragatur residentibus in Curia Romana, non autem venientibus ad eam pro aliquo momentaneo negotio.
 - 46 Requiritur residentia saltem per annum.
 - 47 Non tenentur Curiales, qui recedunt a Curia animo non redeundi, vel diu extra Curiam morantur.
 - 47 Locus non habet si Curialis sit actor, sed tantum si sit reus.
 - Clericus in Curia residens non potest reum absentem ad Curiam trahere, sed illius forum sequi debet, ibidem.
 - 48 Eugéniana non juvat Curialem, qui intentat remedium l. Diffamari, nisi possideat.
 - 49 Item non juvat obtinere beneficia extra Curiam quin ratione illorum beneficiorum conveniri possint coram loci Ordinario.
 - Et quid in Reservandis ibidem.
 - Item non tenentur Parochi non residentes.
 - 51 Eugéniana non tenet Curialem quin possit conveniri in partibus vigore l. Unica, c. Quando Imper. inter pupilli, & vid.
 - 52 Constitutio tollens privilegia non tollit clausam in corpore iuris.
 - 53 Eugéniana beneficio non gaudet Curialis non opponens in partibus declinatoriam fori ante litteram contestatam.
 - 54 Procurator Curialis licet contestando in partibus coram loci Ordinario consecratur illius jurisdictionem

LICET. Clerico in Curia Romana convento non competit declinatoria fori, & potest tamen sibi competere jus revocandi domum. Vel licet. Quisque Clericus potest in Curia Romana conveniri, licet alijs specificè forum ibi non sortiatur; & habet tamen ex causa jus revocandi domum. Hoc dicit. Dividitur in duas partes. Primò ponit quatuor modos sortiendi forum. Secundò addit quantum cum modificatione, ibi: Quia tamen.

Nota primò ex hac Decretali quatuor modos speciales sortiendi forum. Primus est ratione delicti: nam in cuius territorio quis delinquit, & ius jurisdictioni subijcitur, licet alias ei subiectus non sit, cap. 1. de raptor. c. Placuit, l. 7. qu. 3. cap. Postulasti, supra eodem, Auth. Quia in provincia, c. Vbi de crim. ag. oport. cum concord. de quibus hic per gloss. 1. & Hostiens. num. 1. An autem inspicitur locus, ubi delictum est inchoatum, an verò locus ubi est consummatum, Joan. Andr. in cap. in obscuris, de reg. jur. lib. 8. in Mercur. tenentur utrobique centeri commissum delictum; & ideo utrumque iudicem posse procedere: & hanc dicit esse communem sententiam Aret. hie num. 7. Tu ditingue ut per eundem Aret. cuius conclusiones reallum Felin. num. 13. & seq. & vide quod super hoc scriptum in cap. Tuarum, num. 7. & seq. infra, de privil. & an iudex delicti possit citare extra territorium, vide Angel. in sua diff. incip. Bononien. num. 4. ubi relatis, & confutatis quinque opinionibus pro regula existentem extra territorium citantis nec materialiter, nec verbaliter citari posse: & eam limitat sex modis, quos hic prosequitur Felin. num. 1. vers. Tu verò sequere Angelum.

Secundò modus sortiendi forum est ratione contractus, ut si quis in alieno territorio per se, vel per alium contrahat, vel fingatur contraxisse ratione delicti solutiois: nam ibi potest convenire, & accipitur hic contractus non sibi, sed prout esse dicitur ultrocitro; obligatorius, ut emptio, venditio, Societas, iuxta text. in leg. Laqueo, ff. de verb. signif. Sed latissime pro omni materia obligationem producente, etiam obligatio nascatur ex parte unius tantum, ut in leg. Hares absens, & in l. Omne obligationem, ff. de iudic. secundum gloss. hic in vers. Ratione contractus, Hostiens. num. 4. Butr. num. 11. & Abb. num. 29.

Adverte tamen, secundum Cynum in leg. Si postquam, c. de evictionibus, quia non omnis contrahens potest conveniri in loco contractus, ut notatur in cap. Romana, §. Centraliemes, circa princip. hoc tit. lib. 6. sed ita demum si habeat ibi officinam, vel tabernam secundum Archid. & Joan. Andr. vel nisi venisset specialiter pro illo contractu, ut notat Hostiens. in cap. Quod Clericus, supra eodem. Secus si venisset ut mercator, advena, seu viator confectum discessurus, d. l. Hares absens, ff. de iudic.

Abiurdum est in, ut quotquot locis quis

G 4

navi